

FUNDACIÓ NOGUERA

Diplomataris, 51

Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona, de Ramon Berenguer II a Ramon Berenguer IV

Volum IV

Estudi i edició a cura de

IGNASI J. BAIGES, GASPÀ FELIU I JOSEP M. SALRACH (dirs.)
PERE BENITO, RAFAEL CONDE, VÍCTOR FARIÁS, PERE GALCERAN,
MARGOT PONS, NÚRIA SADURNÍ, ALBERTO TORRA



BARCELONA, 2010

textos **m**edievals
catalans

www.tmcat.net

© Ignasi J. Baiges, Gaspar Feliu, Josep M. Salrach, Pere Benito, Rafael Conde, Víctor
Fariás, Pere Galceran, Margot Pons, Núria Sadurní i Alberto Torra


Edita: Pagès Editors, SL
Sant Salvador, 8 - 25005 Lleida
editorial@pageseditors.cat
www.pageseditors.cat

Primera edició: maig de 2010
ISBN obra completa: 978-84-9779-958-4
ISBN volum IV: 978-84-9779-962-1
Dipòsit legal: L-539-2010
Impressió: Arts Gràfiques Bobalà, SL
Enquadernació: Fontanet



SUMARI

	<u>Pàgina</u>
Gratulatòria	9
Aspectes paleogràfics i diplomàtics, per Ignasi J. Baiges	11
Estudi històric i documental, per Josep M. Salrach	67
Documents.	101
Normes de transcripció i edició	103
Abreviatures	107
Bibliografia.	109
Taula d'equivalències	123
Transcripció dels documents	159
Índex d'antropònims i topònims, per Gaspar Feliu	1821



945

1151, novembre, 14

Confirmació d'establiment. *Berenguer, mestre del Temple de Palau-solità, renova a Bernat de Pradell i als seus descendents l'establiment del mas i els camps que la seva mare Magença havia plantat, tot situat a Parets del Vallès, a la Torre d'en Malla, a cens d'un parell de capons per Nadal, la tasca i el braçatge dels conreus i la sisena part de la verema.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet del 20 d'agost de 1214. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 132b, 326 × 217 mm. Bon estat de conservació.

Document copiat, juntament amb dos més, en el mateix pergamí. Vegeu els documents núms. 792 i 953.

Sit¹ notum cunctis quod ego Berengarius, magister de Palatio, cum assensu fratrum meorum, damus tibi Berengario de Pratello tueque proieniei atque posteritati mansum illum, cum pertinenciis suis, quem mater tua Maientia olim plantavit. Item addimus tibi campos III: primum scilicet qui est super viam que² egreditur³ mansi de Pradel et pergit ad ecclesiam Sancti Stephani de Parietibus⁴ et fexam ultra viam que de eodem campo est; et secundum quod est ad Ventaiol, subtus viam que exit de domo Geraldí de Vilazdiro et pergit ad ecclesiam de Parietibus; ac tercium vero campum est ad Fontanelas, secus campum Petri Arsendis. Predicta vero omnia sunt in Vallense et in parrochia Sancti Stephani de Parietibus sive in terminio de Viladziro. Sicut superius est scriptum, sic ego iamdictus cum meis fratribus damus tibi et tue proieniei et posteritati suprascripta omnia integriter, tali modo ut habeas et possideas et expletes cum ingressibus et egressibus suis; et de fructu quem Deus ibi dederit, dones nobis vel successoribus nostris, scilicet de blad, tascam et braciaticum, de vindemia, VI^{tam} partem. Et in prephato manso domum construas cum curtallo⁵ et totum hoc quod ex iamdicto honore habebis, quod in eadem domum mittas, ac dones nobis vel successoribus nostris annuatim pro domibus par I de caponibus in Natale Domini, atque ibi alium seniore non proclames⁶ nec facias, nisi tantum nos vel⁷ successores nostros. Si quis hoc fregerit, supradicta in duplo componat. Et insuper maneat firmum.

Actum est hoc XVIII kalendas decembris, anno XV regni regis Ledovici iunioris.

Sig+num Berengarii, magistri de Palatio. Sig+num fratris Ugo. Sig+num fratris Eimerici. Sig+num Arnalli Petri, baiuli.

Sig+num Dominici levite, qui hoc scripssit die et anno quo supra.⁸

1. B comença: Hoc est translatum fideliter translatum. 2. El signe d'abreviació per l'ínia volada, equivalent a ue, corregeix la lletra a oberta volada, equivalent a l'abreviatura ua que s'havia escrit en primer lloc. 3. La primera e corregeix g. 4. Al text de Parietibus Sancti Stephani amb un senyal d'avis que indica l'ordre correcte de lectura. 5. o corregeix i. 6. Segueix tis, ratllat. 7. vel repetit. 8. B acaba: Signum Petri literati, qui hoc translatauit XIII kalendas septembris, anno Domini M CC XIII, die et anno quod prefixum est (senyal).

946

1151, desembre, 1

Donació. *Els esposos Arnau Enard i Maria donen a la seva filla Ermessenda i al marit d'aquesta Guillem un mas a Sant Feliuet de Terrassola, al lloc anomenat Torre, amb la condició que paguin la tasca, el quart i el braçatge als senyors, els quals reben quaranta sous per consentir a aquesta donació.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 247, 131 × 432 mm. Bon estat de conservació.

Sciatur a cunctis scire volentibus qualiter ego Arnallus Enard et uxor mea Maria damus tibi Guillelmo, generi nostro, et uxor tua Ermesen et tuę proenie unum mansum cum omnibus suis pertinenciis et aiacenciis et utilitatibus quod¹ ipsum mansum habet vel habere debet, cum exiis et regressiis earum. Tali pacto damus tibi Guillelmo ipsum mansum ut reddatis ad seniori tascam et braciaticum et ipsum quartum inde exire solet, exceptus II pecias terre qui sunt subtus via² de Eiculina, subtus colomer, unde tollit ipsum quartum et ipsum censum, ita modo exiet de ipsum mansum. Et ęst ipsum mansum in comitatu Minorisse, in parroechia Sancti Felicis Terrazola, in kastrum Oloni, in locum que vocant Turre. Et habet afrontaciones ipsum mansum, a parte orientis in alaudio de Surrex, a meridie in cimiterio Sancti Felicis, ab occiduo in rocha de Castellar, in alaudio Sancti Petri Vicii, a parte vero circii in manso de Petrus Ermengod de ipsa Font. Quantum infra istas IIII^{or} afrontaciones includunt, sic dono ego Arnalli ad tibi Guillelmo, generi meo, et ad uxor tua Ermesen, filia mea, ipsum mansum quod superius ęst scriptum, totum ab integrum, ab infante et sine infante. Item dono ego Arnalli et uxor mea ad tibi

Guillelmo et ad filia mea Ermesen omne mea alia honore quod ego habeo vel habere debeo, francum et fevum, in omnibus locis, longe vel prope.³ Si quis hanc donacione infringere voluerit, nullo modo facere valeat, set quod temptaverit in duplo componat. Et in antea maneat firmum. Et accepimus nos seniores avere pro ista donacione de tibi Guillelmo supradicto XL^a solidos denariorum monete obtime Barchinone.⁴

Quod est actum kalendas decembris, anno XV regnante Lodovici regis iunioris.

Sig+num Arnallus Enard, Sig+num Maria, nos qui ista donacione fecimus et firmamus et ad testes firmare rogamus.

Sig+num Arnallus de Olo, Sig+num Beatrice, Sig+num Petrus, nos qui ista donacione laudamus et firmamus et volumus.

Sig+num Guillelm de Olo. Sig+num Arnallus, filio Arnalli. Sig+num Berenger de Olo. Sig+num Ramon de Olo. Sig+num Ramon Gerall. Sig+num Petrus Ramon de ipso Pug. Sig+num Ramon de Rocha Bruna. Sig+num Oliver de Olo.

Signum+ Gerallus levita, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. quia *al text*. 2. *i afegida a la interlínia*. 3. *Segueix en blanc un espai equivalent a una línia i mitja*. 4. Et accepimus nos seniores... monete obtime Barchinone *escrit al text entre la subscripció de Pere i la de Guillem d'Oló*.

947

1151, desembre, 6

Donació remunerada. *Ramon de Bellver i la seva mare Alès donen a l'orde del Temple, per a la salvació de la seva ànima i la del seu germà Hug de Peguera, que devia cent sous a l'orde, un capmàs situat al terme de Navades, per un alspergot que el Temple li havia cedit de per vida.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 248, 115 × 136 mm. Estat de conservació regular a causa de la presència d'alguns forats i taques d'humitat.

Cit. ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 65.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Ramon de Belv[e]der et [A]lez mater mea donamus ad mansionem Templi, pro animabus nostris et pro anima fratris mei Ugonis de Pegera, qui debebat C solidos, unum capud mansum de Guillelmo de Codonied, in termino [de] Navades, pro uno alspergot quod accepimus

de domo Templi, tantum videlicet in vita nostra; postea, reddatur dominis Templi et ipsi domini habeant caput mansum in perpetuum, cum omni censu qui inde deb[et] exire.

Facta ista carta VIII idus decembris, Era M^a C^a LXXX^a VIII^a, anno ab Inc[ar]nacione Domini M^o C^o LI^o.

Sig+num Raimundi de Belveder, qui hanc cartam comendavi scribere et testes firmare.

Sig+num Guielmi de za Spunola, Sig+num Belengarii de Anglerola, Sig+num Bertrandi de Tarascon, testes sunt ut hi omnes faciant hoc dare dominis Templi et tenere.

Petrus sacerdos, rogatus scripsit et hoc (*senyal*) fecit.

948

[1147-1151]

Greuges. *Greuges presentats contra Arnau de Perella, batlle comtal a Caldes de Malavella i Llagostera.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 2501, 425 × 305 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BISSON, *The crisis*, pp. 155, 156, 162, 163, 164, 166. — BISSON, *Fiscal accounts*, I, pp. 71-73. — BISSON, *L'impuls*, pp. 77, 79, 80, 86, 87, 90. — BISSON, *Tormented voices*, pp. 166-167. — SABATÉ, *Judici*, pp. 137, 138.

Document opistògraf. Datem per l'any de l'expedició a Almeria, que s'esmenta en el text, i pel de la inspecció de Caldes i Llagostera el 1151.

Hec est breve multorum malorum que fecit et facit Arnallus de Perella domino comiti et eius pagenssibus. Primum, sui pagenses laborant campos et condaminas domini comitis et Arnallus colligit inde magnos esplets frumenti et ordeï et aliorum blads quos expedit in domo sua cum sua familia et suis amicis atque senioribus seu parentibus. Quando domnus comes perrexit Almeriam et misit Arnallo nuncios suos ut iret secum finxit se infirmum, quod non erat, et noluit ire ad eum. Et habuit de campo de Gotarra modios II frumenti et medium et plus et quarteris¹ III cibarii et plus, quos posuit in sua expensa et ita facit annuatim, et fecit de aliis campis et condaminis usque modo et est magnum damnum² domini comitis suorumque rusticorum. Iterum Arnallus non laborat nisi cum pare I^o bovim in terris domini comitis et in illis quas auffert suis rusticis et non sufficit eius laboratio suis canibus, quibus expensis accipit de expletis aliis domini comitis

quantum opus habet et expendit, nomine frumenti et ordeï atque cibarii et segel. Expendit omnem milium in suis actibus quod Raimundus Guillelmi antecessor eius solebat comutare pro cibario, et est magnum damnum domini comitis. Postquam racemi incipiunt maturescere, exeunt de domo sua duo baculares cum singulis panistris et vadunt per vineas rusticorum et cotidie deferunt eos plenos racemis ad domum illius ad comedendum. Hoc faciunt quousque homines faciunt vinum novum. Quando deficit vinum vetus, ipse facit vindemiare vineas in quibus ecclesie Sancte Marie et Sancti Stephani de Kalidis habent X^{mas} et accipit taschas et cum illis tascis adiungit de aliis vineis taschas et X^{mas} et facit inde vinum novum quod bibit cum sua familia. Postquam veniunt espleti vindemie rusticorum ad tinarium comitis, facit I aut II vexellos vini albi et bibit illud fideliter cum amicis et senioribus ac parentibus suis nisi evenerit quod familia domini comitis faciat inde aliquando transitum et bibat inde. Facit de bono vino rubeo II aut tres vexellos et expendit illud in suis actibus, quod solebat Raimundus eius antecessor comutare pro cibario³ et habebat inde IIII aut V modios. Prescriptus Raimundus solebat dare domino comiti, cui Deus omnia peccata sua dimittat, sollidos CCL aut CC aut C, et Arnallus de Perella non dat domino nostro comiti solummodo⁴ denarium I. Item ponit omnes denarios domini comitis placitorum, venditorum hominum atque feminarum et multa alia quae exeunt domino comiti in suis actibus. Facit expendere porchos duorum annorum domino comiti in uno anno. Eiecit antiquos baiulos, videlicet Petrum Guillelmi et Guillelmum Geralli, et dedit I Arnallo Granelli qui erat dives et modo est pauper et aliam uni pagensi Bernardo Vives qui tunc erat pauper et modo est dives et est bonus acusator miserorum hominum et facit multas malicias in terra cum Arnallo seniore suo. Fecit sacramentum quibusdam hominibus de Kalidis per se ipsum ut esset fidelis eorum in omnibus, quod numquam eis observabit; et quidam eorum fecerunt sibi sacramentum ut essent ei fideles et quia ipse non observavit sacramentum eis infregerunt sacramentum illi. Postquam hec sacramenta fuerunt facta et non observata, nunquam fecit terra nisi peiorare et fluminari lapidibus atque gradinibus et males nobules et non est ibi medietas hominum quos invenit in villa illa quando malo⁵ eorum venit super eos. Erant inter Kalidas et Lacustariam C iuvenes inter filios rusticorum et testes et alios magistros et baculares qui habebant denarios et annonam et acomodabant inde senioribus atque genitoribus et vicinis, et modo non est ibi I^{us} solus

qui habeat⁶ aliquid boni, sed fugiunt in alios honores nobilium militum ubi melius se habent. Item si placeret domino comiti ut redderet baiulias suis antiquis baiulis, magnum proficuum suum esset; quod nisi fecerit erit magnum suum dampnum.

Postquam domnus comes perrexit Almeriam, habuit Arnallus de Perella de filio Nonar sollidos XX et remanet eius mansus heremus; et de ipso eodem, vexillum I de sollidis IIII quod atulit Gerundam. De Petro Gebeli,⁷ X. Inter placitum Arnalli Banud et filia Udalardi venditam,⁸ X. De Ermengallo et suo cognato, X et VIII. De eodem Ermengallo, II de t[er]c.⁹ De Arnallo atque Dominico Rubeis, II. De Arnallo Capel, VI de terc. De Maria Guitarda, porchum I de solidis III.

Iterum de veteribus que habuit Arnallus de Perella. Primum, de Poncio clerico, solidis XXX^a V et alia vice XII et quando comes Urgellensis tenebat Kalidas solidos XCI et sestarios XXV frumenti et alia vice solidos XII et quadingiam I et porchos VII. De Ermengallo de Canta Lupis solidos CI et quadingias III optimas et asinum I de solidis XXX. De Raimundo Guilelmi, mansuario eius, et filiis suis, solidos VIII et eiecit eos a villa. De Adalayde de Perpiniano, XIII. De Pontio Perro, XV. De Petro Vitali, solidos XXX de condamina comitali de Gotela, quam sibi vendidit. De Raimundo Stephani, XXX. De Carbonello, X. De Carrium,¹⁰ VI. De Raimundo Iohannis, VII. De Enego, X. De alio Carbonello, VIII. De Guillelmo Iohannis, vendito,¹¹ XII. De Bernardo Carnacca, vendito, IIII. De Petro Grena, II. De Petro Iohannis, VIII. De Arnallo Rog, II. De Guillelmo Capite Mallei, inter duas vices, XV. De Dominico Roi, II. De Arnallo Banud, inter omnes vices, X et VIII. De filia Bernardi Orucii, vendita, XII. De filia Treguncie, vendita, V. De Gerallo testore, vendito, II. De Mirone testore,¹² V. De sorore Garbonelli, vendita, denarios XII. De Petro Raimundi, solidos V. De filio Raimundi Ysarn, II. De Petro Lombard, XX. De Dalmatio Ferrario, V. De Pontio Gaucberti, VI. De Guillelmo Dominici et fratre eius, III. De Raimundo Andree, VII. De Petro Bonifilii, vendito, V. De Arnallo Granel, bovem I. De Poncio, XX solidorum. De Bernardo Favoni, solidos VIII. De Raimundo Gaucberti, XX inter duas vices. De Pe[tro] Venrelli, VI. De Raimundo Petri Sancti Andree, V. De Gerallo Ballufredi,¹³ inter II vices, XX. De Petro Artalli, X. De Raimundo monacho II. De Iohanne Ferret, V. De Petro Dagberti, XIII. De Petro Burdonis, VII. De Petro Martini, V. De Raimundo Viscafredi, vendito, X. De Petro Mironis, V. De Petro Mascurd, vendito, VII. De uno homine

Campi Longi, XVIII. De Petro Mancip, XXXII. Arnallus de Perella vendidit uxorem¹⁴ prescripti Petri Arnallo de Aquaviva pro X solidos quos sibi debebat. De Petro de Ruiria, XII. De Bernardo Bulza, VII. De Guilaberto Ausonensi, X. De prescripto monacho, V. De Petro Iohannis, XIII de placito et sestarios VII orde, quos sibi auffert Arnallus de Perella de suo vino. Habuit uxor Arnalli de Perella solidos XXV de Arnallo Chapel quando comes erat in espeditione Montis Pessulani. Habuit Arnallus de Perella de Poncio clerico quando placitatus est cum fratre suo et fecerunt¹⁵ bellum, solidos XXX^a. De Petro Raimundi, V. De Gerallo Cebul, III. De Guillelmo Lubet, III. De filio Poncii Guiriberti, II. Et de Bernardo Ene, II. De Carbonello, III et medium. Et de uxore Petri Burdi, II. De Vitale, XIII. De Petro Martini, X. De Petro Pastorel, X. Et de Poncio Perro alia vice, XV. De sorore Arnalli Petri, inter omnes res, XII. De filia Petri Girberti, vendita, II. De Gerallo Ferrarii, XV. De Ermengaud, VIII. De Vitale, inter duas vices, VI, et alia vice guadingiam I obtinam. De Bernardo Andree, III. De filiastrum Petri Vives de Bosch, VIII. De Bernardulo Rivilitorum, vendito, VII. Prescripti denarii fuerunt de Kalidis et Riurans quos habuit Arnallus de Perella et posuit in suis actibus. Et non est hic X^a pars de Petro Burdone de Serra Mala, solidos XII. De Guillelmo Ene, vendito, solidos III.

Hec est breve baiulie de Lacustaria. Primum, mutuatus est Arnallus de Perella denarios de hominibus de Penedes et Vilare, quos nunquam eis redidit. De Petro Raimundi, solidos V. De Raimundo Petri, III. De Petro Archimballi, III. De Bernardo Udalardi clerico, III. De Petro Raimundi de Pino, similiter. De Arnallo, VII. De Bernardo de Pino, II.¹⁶

Habuit Arnallus de Perella inter omnes vices, de denariis placitorum. Primum, de Raimundo Dominici et Geralla, solidos XXV. De Guillelmo Suniarii, II. De Bernardo Chabeca, VIII. De Guillelmo Dalmacii, VIII. De Petro Ponci, V. De Raimundo Petri de Vilar, solidos VI. De Raimundo Poncii, III. De Stephano, similiter. De Martino, II. De Petro de Puig Besen, X.¹⁷

Habuit de hominibus quos eiecit¹⁸ de villa Locustarie. Primum, de Archimballo, solidos VIII. De Dalmacio Conilii, VIII, et fratre suo, VII. De filia vendita Petri Gauberti, morabatinum I. De Raimundo Arberti de Turnis,¹⁹ morabatinum I. Et alia vice de Petro Gauberti, pro baiulia sui mansi, morabatinos V. De Bernardo Raimundi, solidos VII. De Petro Raimundi de Pino, VIII. Pro filia

sua vendita de Raimundo Poncii, pro filia sua vendita, III. De Berengario, V. De fratre Petri Dalmacii, III. De Maienca et filiis suis, de manso quem abstulit eis, XXX^a. De manso ubi manent, VIII, pro baiulio, et alia vice quia non invenerunt iusticiam, XX. De Bernardo Guillelmi baiulo, in primo capite, XL. Et abstulit Guitone morabatinos V unde misit eum in fide, et alia vice solidos XX unde misit eum in fide Guillelmo Bernardi et habuit de Guillelmo Bernardi par I bovum et asinum I de precio XXX^a solidorum. De Petro Raimundi de Vilar bovem I optimum et solidos VIII, et suo fiastre, V. De eodem homine migeres X et VII agnorum, orde²⁰ et unaqueque earum vendebatur solidis II^{bus}, quem sibi abstulit. De ipso eodem, solidos XII. De Raimundo Petri de Vilar, inter duas vices, X. De duabus fil[i]abus²¹ eius, venditis, VIII. De Martino Trumpela, II. De Bernardo Burdone testore, IIII. De Sabed, per filiam suam venditam, II et medium. De Arberto de Pi, III. De uxore Geralli de Ulmo qui fuit, medium asinum optimum. De Dominico Moix de Penedes solidos IIII de uno vexello. De Petro Poncii, VI. De uxore Petri Iohannis, vidua de Villa Nova, V, et alia vice V et sestarios II de blad. De Poncio Balesta, solidos V. De Petro Burdone, V. De testore Petri de Palatio, II. De Guillelmo Ollegis, asinam I, quem apreciabatur solidos XV. Quando venit Arnallus de Perella in Kalidis et Lacustariam misit Guitonem in plivyo per solidos L et auffert eos sibi. Et alia vice misit eum in plivyo²² per morabatinos X et auffert sibi inde V. Alia vice misit eum in plivyo²³ Bernardo de Calle per solidos VII et auffert sibi inde III. Alia vice, quando perrexit in Aragonem, acomodavit uxori sue solidos IIII et auffert eos sibi.²⁴ Et abuit de Bernardo Gauceberti bovem I precio de XX^{ti} solidis. Et de sorore Iohanni Gaucefredi, vacam I de precio XXX^{ta} solidis. De Guillelmo Ferarii, X^{cem} solidos. De Poncio Ferarii, II solidos. De Arnallo Lubet, XIII solidos. Et fecit accipere Vitalus militibus alamagnis et ille qui captus tenebat eum, pro iussione eorum interfecit eum sine culpa. Et de Petro Mudul, V solidos. De Petro de Ruvira, solidos XXX. De Guillelmo Ur[...],²⁵ XXXV solidos. De Carbonello Bimella, solidos XXX. De Petro Ferrer, vendito, cum carta, X solidos.²⁶

1. t corregeix b. 2. a afegida a la interlínia. 3. o volada, corregeix a, sense cancel·lar. 4. Entre u i m, o expuntuada. 5. Segueix s, raspada. 6. La segona a afegida a la interlínia. 7. Segueix g, raspada. 8. et filia Udalardi venditam afegit a la interlínia. 9. Manca. 10. Segueix g, raspada. 11. i afegida a la interlínia. 12. Segueix vendito, raspat. 13. r afegida a la interlínia. 14. X corregeix c. 15. fecerunt escrit a sobre d'una raspadura. 16. Segueix un espai de 180 mm en blanc. 17. Segueix un espai de 180 mm, en blanc. 18. La primera i corregeix e. 19. ni afegit a la interlínia, escrit a sobre d'una raspadura. 20. A partir d'aquest

punt el text segueix al dors del pergami. 21. Manca. 22. La segona i afegida a la interlínia. 23. La segona i afegida a la interlínia. 24. Segueix d'una altra mà coetània. 25. Segueix un espai de tres lletres, aproximadament, il·legible. 26. De Petro de Ruvira ... cum carta, X solidos escrit per una altra mà coetània.

949

1152, abril, 4. Barcelona

Testament. *Peronella, reina d'Aragó, atorga testament. Deixa el regne d'Aragó al fill que està a punt de tenir, però en concedeix l'ús-defruit al seu espòs el comte Ramon Berenguer IV. Si engendra una filla, el comte l'haurà de casar honorablement i esdevindrà el sobirà del regne. Fa diversos llegats a institucions eclesiàstiques aragoneses i catalanes.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 250 (*olim* arm. 30 Testaments Reials, sac R, núm. 60), 302 × 383 mm. Bon estat de conservació.
- B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 9.]
- C Còpia de mitjan segle XIV. Barcelona, ACA, Cancelleria, reg. núm. 2, Liber testamentorum, privilegiorum, statutorum et graciarium, f. 8r-v.
- a MARCA, *Marca Hispanica*, doc. 418, cols. 1314-1315.
- b CODOIN, IV, doc. LXXIII.
- c BOFARULL, *Los condes*, II, pp. 205-209.
- d MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 16.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 40.

Ad cunctorum noticiam volumus pervenire quoniam ego Peronella, regina Aragonensis, iacens et in partu laborans apud Barchinonam, concedo, dono et firmiter laudo infanti meo qui est ex utero meo Deo volente processurus totum regnum Aragonense, cum omnibus comitatibus et episcopatibus et abbatibus et cum omnibus eidem regno pertinentibus, sicut rex Adefonsus melius unquam tenuit et habuit. Ea videlicet condicione ut dominus et maritus meus Raimundus, comes Barchinonensis, habeat et teneat et possideat, integriter et potenter, sub imperio et dominacione sua, totum predictum regnum cum omni sibi pertinente honore, omni tempore vite sue. Post obitum vero suum, remaneat totum supradictum regnum integriter filio meo iamdicto. Quod [si] filius meus iamdictus obierit absque legitimo filio, totum supradictum regnum et honorem prephatum, sicut habuit et tenuit nobilissimus rex Adefonsus, concedo similiter et dono iamdicto viro meo Raimundo, comiti Barchinonensi, ad omnem suam voluntatem exinde faciendum. Si autem filia ex utero meo processerit, maritet eam

honorifice iamdictus vir meus, comes iamdictus, cum honore et pecunia, sicut melius ei placuerit; et remaneat viro meo prenominato solide et libere totum supradictum regnum, cum omnibus sibi pertinentibus, ad omnem voluntatem suam perficiendam, absque alicuius hominis vel femine blandimento. Et dono pro anima mea II^o milia morabetinos, mille ad ecclesias Aragonis et mille ad ecclesias Barchinonensis comitatus, Girundensis, Bisullunensis necnon et Ausonensis. Et pono meos manumissores, videlicet Guillelmum, Barchinonensem episcopum, et Berengarium, Girundensem episcopum, ac Bernardum, Cesaraugustanum episcopum, necnon et Dodonem, Oscensem episcopum, et Garciam Ortiz et Ferriz de Oscha et Guillelmum de Castelvei et Arnallum de Lercio, qui dividant et distribuunt supradictos morabetinos per ipsas ecclesias sicut melius et utilius eius fuerit visum; quos morabetinos prenominos donet vir meus Raimundus, comes iamdictus, supradictis manumissoribus meis.

Facta carta II^e nonas aprilis, anno Dominicę Incarnacionis millesimo C^o L^o II.

Sig+num Peronellę, reginę Aragonensis, que hoc donum feci, firmavi, et hoc totum laudo atque confirmo in vita et in morte, et testibus firmare mandavi.

Sig+num Guillelmi*, Barchinonensis episcopi +. Sig+num Lup Enecons de Luna. Sig+num Guillelmi de Castelvei. Sig+num Bernardi de Bellog. Sig+num Petri Arnalli*. Sig+num Bernardi Marcucii. Sig+num Petri* primicherii. Sig+num Rodberti, archidiaconi Pampilonensis. Sig+num abbatis Olive*. Sig+num Calvetti*, prioris Tirasonensis.

Sig+num Poncii scribe, qui hoc rogatus scripsit die et anno quo supra.

1. *Manca.*

950

1152, juliol, 16

Donació. *Guillem de Castellvell dona als esposos Ramon i Arsenda i als seus descendents la batllia de Castellví de la Marca i l'estany de Ched. Rep a canvi vint-i-dos morabatins.*

A [Original no localitzat.]

- B Trasllat del 13 de febrer de 1210. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 260 (*olim* 183, filera C), 130 × 243 mm. Bon estat de conservació.

Sit¹ notum cunctis omnibus hominibus quod ego Guillelmus, senior Castri Vetuli, dono tibi Raimundo atque uxori tue Arsendi et omnibus filiis vestris, indivisibiliter, illis qui fuerint creati de vobis ambobus, illam totam meam baiuliam integriter de ipso Castro Vetulo, sicut de ipso collo de Albarig terminatur in arcam² et vadit de parte versus occidente. Sicut dono vobis et filiis vestris de vobis ambobus prenominatam baiuliam, quantum ego habeo vel abere debeo infra predictum terminum, videlicet de pane et de vino atque de decimo sive de locido, au[t]³ de usaticis vel de omne censo seu de acaptis sive de chestis, quodcumque ego abeo vel habere debeo in predicta honore iamdicto Castro Vetulo vel quodcumque modo mihi de predicta honore exire debet, totum integriter dono vobis et filiis vestris, de vobis ambobus, per baiuliam et ut abeatis et teneatis vos et vestri post vos semper per me et per meis. Et unde habeatis vos et vestri de ipsa baiulia vestrum directum it [est]⁴ braciaticum atque redecimum. Item laudo vobis et vestris in hoc dono ut habeatis scilicet baiuliam in meis dominiis quod ego ibi fecero in predicta honore et braciaticum et redecimum. Et concedo vobis omnia stabilimenta de ipsa honore vobis et vestris. Et pro hac baiuliam dono vobis et vestris ipso estano de Ched et ut ego dono tibi iamdicti tota ipsa hopera de Castro Vetulo, quantum tu vel tuis voluissent operare in ipso stano de Ched. Et dono tibi iamdicti statica omnique tempore, vobis vel vestris, in istum locum nominatum de Ched. Et dono tibi iamdicti pro ipsa statica, de onore ad unum par bovum, ad ipso stano de Ched, ad alodium franchum vobis vel vestris omnique tempore, sicut dono tibi in meo dominio de Ched. Et dono tibi, vobis vel vestris, in ipsos meos molendinos de Ched la V part per mulneraria. Et dono tibi, vobis vel vestris, I mulí suptus ipsos meos molendinos, ad alodium franchum, quod vos faciatis ibi. Et dono tibi iamdicti, vobis vel vestris, ad ipsum terminum de Valle Molli, in loco nominato a la Mal Granada, in ipso manso, in meo dominio, dono tibi vel tuis, de onore a III parilios de bovum, ad alodium franchum omnique tempore, ubicumque ibi volueritis. Hoc donum laudo vobis et vestris omni tempore sit firmum. Accepi a vobis per hoc donum, ex vestro avere, XXII morabetinos.

Actum est hoc XVII⁵ kalendas augusti, anno XVI^o regni regis Leovici iunioris.

Sig+num Guillelmi, qui hoc donum facio, firmo firmarique rogo.

Sig+num Geraldi de Este[b]ela. Sig+num Petri Gross. Sig+num Bernardi de Puiades. Sig+num Petri Canicer. Sig+num Guillelm Macip. Sig+num Arberti.

Berengarius levita, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quod supra.⁶

1. B *comença*: Hoc est translatum fideliter scriptum cuius series talis est. 2. *r afegida a la interlínia.* 3. *Manca.* 4. *Manca.* 5. XVIII kalendas augusti *al text. Aquesta xifra és incorrecta, creiem que es tracta d'un error de l'escrivà que va fer el trasllat, que hauria escrit XVIII en lloc de XVII. Per aquesta raó, datem el document a les XVII kalendas augusti.* 6. B *acaba*: Actum est hoc translatum idus februarii, anno Domini M CC° IX°. Sig+num Bernardi, clerici de Vallibus, testis. Ego Petrus de Ologa hoc firmo, teste. Ego Ferarius levita adsum testis (*senyal*). Sig+num Ermengaudi presbiteri, qui hoc scripsit precepto Raimundi de Ripa, capellani de Vallibus, translatum die et anno quo supra.

951

1152, setembre, 13

Sotsestabliment. *Domènec, moler, i la seva esposa Maria estableixen als esposos Guillem Ferragut i Júlia una peça de terra per a construir-hi cases, situada al burg de Barcelona, a tocar de l'església de Santa Maria del Pi, a l'alou de Pere Ricard, a cens d'un morabatí d'or i amb reserva del dret de fadiga.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 252 (*olim arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 940*), 108 × 215 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 100.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 175.

Sit notum cunctis quod ego Dominicus molarius et uxor mea Maria damus tibi Guillelmo Ferro Accuto et uxori tuę Giulie et vestrę progenię atque posteritati, ad bene laborandum et meliorandum et ortum et domos faciendum, peciam unam terrę in ipsa nostra tenedone quam per nostram acquisitionem habemus in burgo Barchinonę, super ecclesiam Sanctę Marię Pinu, in alodio Petri Ricardi. Terminatur autem ab oriente in tenedone Raimundi de Serriano, a meridie in eadem nostra tenedone, ab occiduo in tenedone Bernardi de Spidellis, a circio in ipsa platea. Sicut ab istis terminis concluditur et terminatur predicta pecia terrę, sic cum ingressibus et egressibus integriter vos et progenies vestra atque posteritas in sana pace habeatis et teneatis, possideatis

et expletetis secure et potenter. Et annuatim in festivitate sancti Michaelis per censum ipsarum domorum et orti tribuatis nobis et nostris moabitinum unum bonum aiadinum in auro, sine engan. Atque ibi alium seniore non proclametis nec faciatis nisi tantum nos et successores nostros. Liceatque vobis vel vestris, post dies XXX ex quo in nobis vel in nostris successoribus fatigati fueritis, iamdictum ortum et domos vendere vel impignerare sive alienare vestro consimili, salvo nostro censu et senioratico. Si quis hoc fregerit supradicta in duplo componat. Et insuper hoc donum semper maneat firmum.

Actum est hoc idus septembris, anno XVI regni Lodoyci iunioris.

Signum+ Dominici molarii, Signum+ Marię uxoris eius, qui hoc laudamus et firmamus firmarique rogamus.

Signum+ Petri Ricardi. Signum+ Arnalli Petri Forath. Signum+ Berengarii Rubei. Signum+ Gaucberti. Signum+ Petri Ortolani.

Sig+num Petri de Corron scriptoris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

952

1152, desembre, 27

Confirmació de donació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, confirma al monestir de l'Estany la donació de l'església de Santa Maria de Moià, feta pel bisbe de Vic Ramon Gausfred, el comte Ramon Berenguer III i ell mateix. Estableix a Moià mercat i fira i concedeix al prior de l'Estany que organitzi l'edificació de la vila.*

A [Original no localitzat. En una altra època era localitzat a l'antic Arxiu del Monestir de l'Estany.]

B Trasllet del 24 de febrer de 1178. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 253 (*olim* arm. 9 Vic, sac B, núm. 139), 315 × 345 mm. Bon estat de conservació.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 452.]

a *CODOIN*, IV, doc. LXXV.

b MIQUEL ROSSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 454.

c *Catalunya romànica*, XI, p. 68 (transcripció i traducció, reproducció fotogràfica a la pàgina 69).

Notum sit omnibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Raimundus Berengarii, comes Barchinonensis et marchio et princeps Aragonensis, laudo et concedo ecclesie Sancte Marie de Stagno et priori et habitatoribus eius ipsam donacionem¹ quam

Raimundus, bone memorie quondam Ausonensis episcopus, et pater meus et ego fecimus eidem ecclesie de² ecclesia Sancte Marie de Meholiano, sicut in ipsa carta quam inde fieri iussimus et firmavimus resonat. Iterum, sit omnibus notum quod ego stabilio in ipsa villa de Modeliano mercatum, ita ut ibi sit in perpetuum feria III^a; similiter stabilio in eadem villa medio augusto nundinas, que vulgo vocantur fira. Ipsum vero mercatum et firam retineo ad meum dominium, preter hoc quod iam donavi et concessi iamdicte ecclesie Sancte Marie de Stagno, scilicet mediam quateram salis in unoquoque mercato et omne decimum, tam mercati quam fire. Concedo namque et licenciam dono priori sepedicte ecclesie Sancte Marie de Stagno ut ipse ipsam villam et terram que in circuitu ipsius ecclesie de Modeliano est, et sua est, ordinet et hedificet et dividat ad utilitatem ipsarum ecclesiarum; et in unamquamque domum non mittat censum nisi unum par caponum quem ipse accipiat. Et ego pono ipsam villam de Modeliano in tali salvitate et securitate quod neque castellani de Clerano nec aliquis infra ianuas illarum domorum que ibi sunt vel fuerint aliquam vim vel emparacionem sive forciam faciat nisi prior sepenominate ecclesie de Stagno per suam iusticiam. Quod si forte aliquis hoc meum stabilimentum sive mandamentum fregerit et in manu iamdicti prioris redirigere noluerit, ipse prior per excommunicationem eum constringat et insuper per meum aquundatum se teneat. Retineo interum in iamdicto mercato ipso die quo fuerit, et in ipsa fira similiter, districtum et mandamentum et estacamentum mihi et meis quibus ego iussero. Iterum dono eidem ecclesie de Stagno ipsum palacium de Modeliano cum domibus et casalibus et curtali, sicut ego habeo in dominium, tali pacto ut prior ipsius ecclesie redirigat, quia fere totum destructum est, et ut mihi ibi faciat unam domum in qua teneam panem meum et vinum; et in quandocumque ibi veniam in ipso palacio maneam cum mea expensa. Retineo vero in supradicta³ villa servicium et iusticiam sicut in ceteris meis villis. Et propter hoc nullomodo perdat supradicta ecclesia Sancte Marie de Stagno supranominatum censum et dominacionem et ecclesiasticam iusticiam, set habeat et possideat in perpetuum sicut ego superius ei donavi et concessi, sine engan. Quandocumque itaque ipse prior in iamdicto palacio operari velit, baiulus meus fatiat ibi venire operam meam. Et ego Guillelmus predictus, prior ecclesie Sancte Marie de Stagno, et omnis eiusdem ecclesie conventus, concedente Deo, damus tibi societatem et participationem in omnibus beneficiis ecclesiarum nostrarum et

propriam oracionem, tam in morte quam in vita. Si quis hoc disrumpere voluerit, agere non valeat, set in duplum componat. Et insuper firmum permaneat omni tempore.

Actum est hoc VI kalendas ianuarii, anno XVI regni regis Lodovici iunioris.⁴

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Guillelmi de Montcada.⁵ Sig+num Bernardi de Scintillis. Sig+num Berengarii de Mont[ca].⁶ Sig+num Bernardi de Belloco. Sig+num Arberti de Castro Vetulo. Sig+num Raimundi de Podio Alto. Sig+num Bernardi de Minorisia. Sig+num Raimundi de Medaia baiuli. Sig+num Guillelmi Raimballi. Sig+num regine Aragonensis, uxoris comitis Barchinonensis.

Raimundus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo (*senyal*) supra.

Bernardus sacerdos, qui hoc translatum scripsit die VI kalendas marci, anno XLI regni regis Lodovici iunioris (*senyal*).

1. e *corregeix* a. 2. da *al text*. 3. i *corregeix* a. 4. Si quis hoc ... Lodovici regis *escrit en el text entre la signatura del comte i la de Guillem de Montcada*. 5. Sig+num Guillelmi de Montcada *escrit per una altra mà*. 6. *Manca*.

953

1153, febrer, 3

Establiment. *Arnau Pere, amb el consentiment de Berenguer de Sant Vicenç, mestre del Temple de Palau-solità, estableix a Berenguer de Pradell i a la seva esposa Plaença un camp d'oliveres a Parets del Vallès, a cens de la tasca i del braçatge. Es paguen onze sous de Barcelona d'entrada.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet del 25 d'agost de 1214. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 132c, 326 × 217 mm. Bon estat de conservació.

Document copiat, juntament amb dos més, en el mateix pergamí. Vegeu els documents núms. 792 i 945.

Sit notum cunctis quod ego Arnallus Petri, cum assensu et voluntate Berengarii Sancti Vicencii, magistri de Palatio,¹ dono tibi Berengario de Pradel et uxori tue Plaentie et omni vestre progeniei campum de olivariis, quod accepi pro emendatione de una pariliata, que² ad planum habebam, cum bono scripto et bene corroborato. Est autem iamdictum campum in comitatu Barchinone et in parrochia Sancti Stephani de Parietibus. Sicut superius est

scriptum, sic ego iamdictus dono tibi iam scriptum campum ad salvamentum meis senioribus et meum, tali modo ut bene laboretis et exfructificetis et in sana pace teneatis et possideatis et expletetis, cum ingressibus et egressibus suis, sine engan. Et de fructu quod Deus ibi dederit donetis tascham et braciaticum. Accipimus a vobis pro hac donatione XI solidos denariorum monete Barchinone. Si quis hoc disrumpere temptaverit, supradicta in duplo componat. Et insuper maneat firmum semper.

Actum est hoc III nonas februarii, anno XVI regni regis Leduici.

Sig+num Arnalli Petri, qui hoc donum laudando firmo et firmari rogo. Sig+num Guie uxoris eius. Sig+num Petri filii eius.

Sig+num Stephani de Riba Forti. Sig+num Petri Amati. Sig+num Moragis Ollete. Sig+num Berengarii, magistri de Palatio. Sig+num Guielmi Boni Filii, fratris militie Templi.

Sig+num Dominici presbiteri, qui hoc scripssit die et anno quo supra.³

1. i corregeix [o]. 2. L'escrivà havia escrit quem i ratlla el signe d'abreviació.

3. B acaba: Signum Petri litterati, qui hoc fideliter translatavit VIII kalendas septembris, anno Domini MCCXIII, die et anno quod prefixum est (*senyal*).

954

1153, febrer, 6

Definició. *Pere Ramon, moliner, renuncia a favor de l'orde del Temple als drets sobre els molins anomenats Carranca i el mas adjunt, a canvi de deu sous.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 254, 111 × 224 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat i de l'esvaniment de la tinta.

Pateat cunctis qualiter fuerunt contenciones et magnas querimonias inter Berengarium Sancti Vincencii, frater milicie Templi, et Petrus Raimundi, muliner, super ipsos molendinos que vocitant Carranca et de mansum qui ibi est. Ad ultimum, venerunt ad finem¹ et ad pacificacionem in presencia Bernardus de Turri et Petrus Mironis Ville Nove et Berengarius Valle Luparia et aliorum proborum hominum. Quapropter, in Dei nomine, ego Petrus Raimundi iamdictus diffinio et evacuo iamdicte milicie suprascriptum molendinum et nominatum mansum, ita ut de isto die in antea ego nec omo per me nec per meam vocem aliquid non requiramus. Et pro hanc diffinicionem accipio a manu iamdictum

Berengarium solidos X. Si quis violare presumserit, nil valeat, set in quadruplum iamdicte milicie componat. Et post hoc sit firmum.

Actum est hoc VIII² idus febroarii, anno³ XVI regni regis Ludoyci iunioris.

Sig+num Petri, qui hanc diffinicionem facio, firmo⁴ firmari- que rogo.

Sig+num Petri, Sig+num Iohanni, Sig+num Guillelmi, Sig+num Bernardi filii eius Sig+num Guielma uxor eius, nos qui hoc lau- dando firmamus.

Sig+num Petri Mironis. Sig+num Berengarii Valle Luparia.

Poncius sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo su(se- nyal)para.

1. ad finem repetit. 2. La primera I afegida a la interlínia. 3. Segueix V, expuntuat. 4. firmo repetit.

955

1153, abril, 19

Establiment. *Berenguer de Sant Vicenç, frare templer, d'acord amb el mestre Pere de Sarrovira i els altres frares, estableix Cabot de Ruvini- one i la seva esposa Maria en l'honor de Ruvini- one, que Beren- guer havia donat a l'orde del Temple, a cens de deu quarteres d'oli pel diumenge de septuagèsima i tres parells de capons per Nadal.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet del 9 de desembre de 1214. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Beren- guer IV, carp. 39, núm. 255, 143 × 144 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis quod ego Berengarius Sancti Vincentii, mi- lytie Templi frater, cum assensu et voluntate nostri magistri Petri de Ruvira et aliorum fratrum ibi habitantes, damus tibi Cabot de Ruvini- one et uxori tue Marie et proieni- ei et posteritati vestre totum ipsum nostrum honorem ab integro quod habemus in Ruvini- one et in terminis eius, illam¹ vero quam Berengarius de- dit domui militie Templi. Id sunt, domos, terras et vineas, cultas et incultas, et arbores de multis generibus. Supradictum quoque honorem ab integro damus vobis sicut nos melius habemus vel habere debemus, sicut iamdictum est, tali modo ut donetis no- bis iam semper et successoribus vestris et domui militie Templi X^{cem} quarterios olei per censum, ad mensuram Calidis, recipientis annuatim per LXX^a, et parilios III caponum per Natale Domini.

Atque inde alium census non faciatis atque ibi alium seniore non faciatis nec proclametis nisi nos et domus militie Templi. Si quis violare presumpserit, in duplo componat. Et postmodum maneat firmum omni tempore.

Quod est actum XIII kalendas may, anno XVI regnante Lo-doyco rege iuniore.

Signum+ Berengarii Sancti Vincentii, Sig+num Guillelmi Bonefilii, Signum+ Iohan de Peralada, nos qui hanc donacione facimus et testes firmarique rogamus.

Petri subdiachoni (*senyal*), qui hoc scripsit die et anno quo supra.²

1. *En lloc d'illum.* 2. *B acaba:* Huius translati sunt testes isti: Sig+num Guillelmi faber. Sig+num Benedicti. Sig+num Petri de Calidis. Signum Petri literati, qui hoc fideliter translatavi V idus december, anno Domini M^oCC^oXIII^o, die et anno prefixis, mandato fratris Raimundi Arelatensis, domus militie Templi Palatii preceptoris, (*senyal*).

956

1153, maig, 8

Establiment. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, estableix als esposos Arnau Pere i Ermessenda una peça de terra a Sant Pere de Vilamajor, al lloc anomenat Fresalego, a cens d'un porc. D'altra banda, els confirma les altres terres que tenen per ell a canvi del pagament d'un cinquè de les collites al batlle comtal.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 256 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac C, núm. 405), 139 × 186 mm. Bon estat de conservació.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 175.

Raimundi Berengarii, chomes et marchio et princeps Aragonensi, donator sum tibi Arnallo Petro et coniux tua Ermessendis. Dono vobis et proienie vestre pecia I^a terre culta et erma, qui est meo alodio. Et est hec omnia in chomitatu Barchinone vel in parroechia Sancti Petri Ville Maioris, in loco nominato Fresalego. Et abet affrontaciones, de parte orientis in via qui vadit per ipsa serra, et de meridie in meo alodio que tenet Poncio de Valescaro, et de occiduo in meo alodio que vos tenetis per me, et de circi in capud de ipsa vinea et ipsa rasa, sicut baiuli mei terminavi¹ et fexuriavi² cum aliis meos homines. Quantum hec affrontaciones

includunt vel isti termini ambiunt, sic dono vobis totum ab integrum et maneatis ibi vos et proienie vestre omni tempore ad meum servicium. Et donetis per I^m quemque annum porchum I^m chomitalem; et alium agrerum non donetis de ista porchada. Et desuper dono vobis et proienie vestre ipsas tenedones que vos tenetis per me in cunctisque locis. Et donetis omni tempore de expletis que Deus ibi dederit, de pane et vino de ipsas tenedones, V^{am} partem ad mei baiuli. Sane, si quis hoc dirrumpere temptaverit, nullatenus valeat, set componat in dupplo cum sua melioracione. Et posttea hec donacione firma permaneat omni tempore.

Actum est hoc VIII idus madii, anno XVI regni Ledoici regis iuniori.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Petri Arnalli baiuli. Sig+num Oluga. Sig+num Petri [David]. Sig+num Berengarii sagi. Sig+num Petri Macoti.

Sig+num Poncii scribe.³

1. La darrera i afegida a la interlínia.
2. La darrera i afegida a la interlínia.
3. Sig+num Poncii scribe escrit en el text entre la signatura del comte i les dels testimonis.

957

1153, maig, 8

Venda. *Ermengol de Sant Marc, la seva esposa Guillema i les seves filles venen als esposos Pere i Ermessenda i al seu fill Ramon i a la seva esposa Guillema tota l'honor que tenen a Sant Pau de Casseres, al coll de Pedre Forn o Pedra Fondi, pel preu de quatre sous i un bou. L'honor està sotmesa al pagament del cinquè i a un cens d'un parell de gallines i un parell de fogasses al senyor d'Espluga i al seu fill Arnau, que reben dos sous a canvi de consentir en la venda.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 257 (*olim* arm. 10 Manresa, sac A, núm. 109), 80 × 278 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Ermengaudus de Sancto Marcho et coniux mea Guillelma et filie nostre vinditores sumus tibi Petro et mulieri tue Ermessendi, et filio vestro Raimundo et uxor eius Guillelme, totam nostram honorem quam habemus in apendicione Sancti Pauli de Casseres, in loco vocitato in collo de Pedre Forn. Abet affrontaciones, de una parte in collo de Pedra Fondi, de alia autem parte in alaudio Bernardi Salamonis, de tercia¹ parte

in alaudio de Bernardi de Figeres, de quarta in honore vobis comparatoribus. Quantum vero iste affrontaciones includunt, sic vindimus vobis absque nulla retinencia et sine nulo engan. Et ita vindimus vobis dictis atque vestre posteritati in perpetuum. Et ista vindicione accepimus de vestro avere solidos IIII et unum bovem. Et domino de Espluga et Arnallus filius suus, qui sunt seniores, do[n]ant istam honorem ad quintum vobis comparatoribus supradictis, propter solidos II, sine nullo engan, in omni tempore. Et omnibus annis donetis per censum parilio I de gallines et parilio I de fogaces vobis senioribus. Qui vero dirumpere voluerit vel frangere, in duplo componat.

Acta karta VIII idus madii, anno XVI regni regis Leovici iunioris.

Sig+num Ermengaudi de Sancto Marcho, Sig+num Guillelme, Sig+num filiarum nostrarum, Sig+num Beatrice de Espluga, Sig+num Arnalli filii sui, qui hanc cartam fieri precepimus, firmavimus firmarique rogavimus.

Sig+num Petri de Roca. Sig+num Bernardi Guilabert. Sig+num Bernardi Salamonis.

Guillelmus presbiter, qui hanc cartam scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. *Segueix ac, sense cancel·lar.*

958

1153, juny, 9

Inventari. *Relació de documents en poder del comte, els quals formarien part probablement de l'Arxiu Comtal.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 258 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac B, núm. 275), 408 × 168 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.

Carta Stradarius de Vilalba de molendino draper I. Carta inter comitem Barchinone et Petrum de Balma de foro Gerunde. Carta de conveniencia inter Guielmum Sunifred et comitem de castello de Begur. Carta conveniencie¹ inter comitem Empuriarum et comitem Barchinone de honore Sancte Marie et de fraccionibus pacis et de multis aliis rebus. Carta alia inter eosdem comites de sacramentali. Conveniencia de castello de Begur. Sacramentale de comite Empuriarum et comitem Barchinone. Carta de venda

inter Bernardum Gaufre de Pals et Aalmuz commitissam² de castello de Mont Aspre. Idem Pals. Conveniencia inter Raimundum Berenger et Poncium Ug de castello de Ceret. Conveniencia de castello de Begur. Carta alia de Poncio Ug de contencionibus cum ecclesia Gerunde. Carta de Gisbert, episcopo Barchinone, et Ermesende filie sue. Alia carta inter comitem Barchinone et Poncium Ug de negociis ecclesie Gerunde et de aliis rebus. Sacramentale Bone Domine femine et de commitissa Aalmuz de castro de Begur. Alia carta de Poncio Ug de castello de Ceret. Sacramentale de commite Empuriarum. Convenientia quam fecerunt homines Bernardi Guillelmi ad commitem et ad Aalmuz de castello de Palad. Sacramentale de Ermessen, filie de Gumedelz femine, et de comite. Alia carta de eodem. Carta Raimundi Berenger ad Adalmus. Carta inter comitem Guillelmum Bisilluni et Raimundum Berenger. Carta Bernardi Guillelmi,³ commitis Bisilluni, et Sancie commitisse. Conveniencia inter Alcait et Raimundum commitem. Conveniencia inter Poncium Guiralli et Raimundum commitem. Carta de fevo de Rocabertin et de Raimundus comitem. Carta inter imperatorem n'Anfós et Raimundum comitem. Carta vetula Bisilluni. Sacramentale Gaufredi Baston. Sacramentale Raembaldi. Conveniencia inter comitem Bisilluni et comitem Barchinone. Carta alia inter Bernardum, comitem Bisilluni, et comitem Barchinone. Carta inter comitem Barchinone⁴ et Bernardum Amat. Sacramentale Otgerii. Carta Guillelmi, commitis Bissilluni, et episcopi de Vico. Carta Bernardi, commitis Bissilluni, et Raimundi comitem.⁵ Conveniencia inter comitem Barchinone et comitem Urgelli. Sacramentale Iordani Iordani. Carta de Mirabeto. Carta Guillelmi, commitis Bisilluni, et Raimundi comitis. Carta sacramentalis Hermessendis commitisse. Carta de Apiera. Sacramentale Bernardi Ermengau. Sacramentale Unberti. Carta de pignore castri de Gardia. Sacramentale Poncii comitis. Carta de compra de Apiera. Conveniencia inter Raimundum comitem et Adalmus commitissam. Carta Guillelmi Inbiloti. Carta inter Raimudus comitem et Bernat Amat. Carta inter Aalmus et Sanciam comitissas. Carta de Raimundo comite et de Guillermo, commite Bisilluni. Sacramentale Guilaberti Gaufre. Sacramentale Artaldi de Concas. Alia carta de Apiera. Conveniencia Arberti Landric. Carta de Fornell. Carta convenencie⁶ inter commitem et Guillelmum de Cornillano. Conveniencia inter Raimundum comitem et Adalmus. Carta inter Berenger episcopum et Adalmus. Sacramentale Bernardi Guillelmi et Raimundi comitis. Sacramentale Guille ad Adalmus. Carta Poncii scribe. Carta alia⁷

Bernardi Guillelmi et Raimundi comitis. Sacramentale Raimundi, filii Ledgardis. Sacramentale Adalberti. Sacramentale Enee. Carta Raimundi comitis cum Adalmus et de Guillelmo commite. Carta de Emo femina super Locustera. Sacramentale Guifredi ad Hermessen comitissam. Carta alia Poncii scribe. Sacramentale Guillelmi Raimundi senescalc. Carta de Boria. Sacramentale Arnalli ad Raimundum comitem. Carta de Bascannon. Carta de ostage de comite Bisilluni. Sacramentale Petri ad Raimundum comitem. Sacramentale comitis Bisilluni ad Sanciam. Sacramentale Raimundi Ermimir. Carta alia de Apiera. Sacramentale Guillelmi ad Raimundum comitem de castro de Begur. Sacramentale Raimundi Poncii ad Raimundum comitem. Sacramentalem Gerardi ad Raimundum comitem. Carta de dono Raimundi comite ad Adalmus. Compositio quam fecit Raimundus comes et Adalmus. Carta Arnalli Sanla ad Raimundum commitem. Testamentum Hermessende commitisse. Carta alia de Apiera. Conveniencie multe inter Raimundum comitem et Guillelmum, comitem Bisilluni. Sacramentale Guillelmi de Cornillano ad Raimundum comitem. Sacramentale Guille, filie Sancie. Conveniencia inter Raimundum commitem et Dulciam comitissam. Sacramentale Otgerii ad Raimundum comitem. Carta de Cencellis. Dos ad Agnetem. Sacramentale Artaldi. Conveniencia Raimundi Ademar. Sacramentale Arnalli ad Adalmus. Aliud sacramentale Enee. Conveniencia Gaufredi Baston. Carta de pignore episcopi de Vico. Sacramentale Poncii Guillelmi. Sacramentale Bernardi, filii de Guissol. Sacramentale Gaufredi Baston. Sacramentale Guillelmi Gaufre. Conveniencia Raimundi Ademar. Sacramentale Arnalli Gaufre. Sacramentale Bernardi Guillelmi. Sacramentale Guillelmi ardiaconi. Translatus carte imperatoris et commitis. Sacramentale Bernardi, filii de Guissol. Carta pignoris vicecomitis de Beders. Sacramentale Sancie comitisse ad Raimundum comitem. Conveniencia Arberti Landric. Sacramentale Raimundi, filii Letgardis. Sacramentale Ugonis Dalmad. Carta Saborose. Carta pignoris Bonifilii So[m]er. Carta de compra comitis Somer. Sacramentale Petri, filii de⁸ Guidenelz. Carta Raimundi commitis et de commitissa Isabel. Sacramentale Bernardi, filii Adalez. Diffinico Raimundi comitis multis. Translatus carte imperatoris. Carta alia Poncii scribe. Carta Raimundi commitis, Adalmus Raimundo Bernardi vicecomitis. Sacramentale Berengarii,⁹ filii Letgarz. Carta alia de Apiera et de Fontanet. Sacramentale Bernardi, comitis Bissilluni. Sacramentale Guillelmi Raimundi de Cerdania. Sacramentale Guillelmi, comitis Bissilluni. Sponsalicium Lucie, commitisse Bisilluni. Sacramentale

Raimundi de Durban. Carta de compra Raimundi comitis. Sacramentale Bernardi Vitali et Guillelmi Vitale. Sacramentale Bernardi Adalber. Carta de Bellaron et de commite Borrello. Sacramentale Berengarii, filii Letgardis. Sacramentale Guillelmi Falcuz. Sacramentale Hermessende, vicecommitisse Cabrerie. Carta sacramentale de Argemon et de Blannas et de Cabrera. Sacramentale aliud Hermessende, vicecommitisse Cabrerie. Sacramentale aliud de Argemon et de multis aliis castris. Sacramentale aliud de Argemon. Sacramentale aliud de Argemon. Carta alia de Apiera. Diffinico Raimundi comitis. Carta de compra Raimundi comitis¹⁰ super Fontanet.

Ego Guillelmus de Bassa, scriba domini regis, recepi supra-commemoratas cartas manibus meis et feci hoc sig(*senyal*)num.¹¹
אני חנני הלוי ראיתי שקובל גילם דצ...שא מיד רמון דירונילא אלו הכתבים.¹²

Signum (*senyal*) Guillelmi de Margaritis, qui hoc scripsi V idus iunii, anno XVI regni Lodoici regis iunioris.¹³

1. conveniencie *afegit a la interlínia*. 2. El signe especial d'abreviació equivalent a con el transcrivim com quan apareix en les paraules comes i comitissa. 3. Guillelmi *afegit a la interlínia*. 4. Barchinone *afegit a la interlínia*. 5. Segueix Carta Guilaberti comitis *ratllat*. 6. conveniencie *afegit a la interlínia*. 7. La primera a *corregeix* l. 8. de *afegit a la interlínia*. 9. a *afegida a la interlínia*. 10. t *corregeix* d. 11. Ego Guillelmus de Bassa ... hoc sig(*senyal*)num, *afegit posteriorment*. Guillem de Bassa, *escrivà del rei Alfons, està documentat com a tal entre 1173 i 1195*. 12. Jo Haninay ha Leví dono fe que Guillem Des... ha rebut de mà de Ramon de Gironella (?) aquests documents. *Agraïm la lectura, transcripció i traducció al Dr. Joan Ferrer de la Universitat de Girona i al Dr. Jordi Casanovas del Museu Nacional d'Art de Catalunya*. 13. Segueix VIII cartas de Empuriis et III de Begur et II de Palacio et II de Pals, *ratllat*.

959

1153, juny, 19

Donació remunerada. *Guillem Arnau de Torre dóna a l'orde del Temple una peça de terra aloera a Palau-solità, al lloc anomenat Rovira, a canvi de trenta sous.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 259, 144 × 167 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis quod ego Guillelmus Arnalli de Turri, propter Deum et remedium anime mee, dono domino Deo et milicie Templi peciam unam terre que est alodium meum francum, quod ego emi de Guillelmus Bernardi Oveia et de filio suo Raimundo. Affrontat autem a parte orientis in alodio Sancti Cucuphatis, a

meridie in alodio ospicium Barchinone, ab occiduo in rio Calidis, a circi in alodio Bernardi de Mogoda et fratribus suis. Quantum iste affrontaciones¹ includunt, sic dono domino Deo et iamdicte milicie per suum proprium alodium francum, sine ulla diminucione et sine alico interdictu, et sic de meo iure in ius et dominium predicte milicie trado et libero. Et pro hac donatione accipio de manu Berengarii Sancti Vincencii, fratris milicie, XXX solidos denariorum. Est autem iamdicta pecia terre in comitatu Barchinone, in parroechia Sancte Marie Palacii Salata, in loco vocitato Ruvira. Si quis violare presumpserit, nil valeat, set in² quadruplum milicie componat. Et post hec sit firmum.

Actum est hoc XIII kalendas iulii, anno XVI regni regis Ludoyci iunioris.

Sig+num Guillelmi Arnalli, qui hoc donum facio, firmo firmarique rogo. Sig+num Alamagna uxor eius, Sig+num Guillelmi filii eorum, nos qui hoc laudando firmamus.

Sig+num Raimundi Arnalli de Buada. Sig+num Petri Iohanni. Poncii sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo su(*senyal*)pra.

1. r *afegida a la interlínia.* 2. *Segueix d, sense cancel·lar.*

960

1153, agost, 24

Donació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, dóna a l'orde del Temple el castell de Miravet i una heretat a cadascun dels castells de Mequinensa, Flix, Ascó, Garcia, Móra i Tivissa, en compliment de la cinquena part que li pertoca per la conquesta de Tortosa i els seus termes.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 6 de setembre de 1311. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 261 (*olim* arm. 9 Tortosa, sac C, núm. 130), 437 × 490 mm. Bon estat de conservació.

(*Crismó.*)¹ Summe providencie ac discrecionis est id quod a paganis christiani² auferunt ita firmiter statuere ut omnis spes illud recuperandi ab eis omnino removeatur.³ Quapropter, in Christi nomine, ego Raimundus Berengarii, Dei gratia Barchinonensis comes Aragonensiumque princeps ac Tortose et Ilerde marchio, previdens christiane utilitati et volens castrum de Mirabet, quod divina tribuente clemencia maximo labore cepi, securis custodibus

stabilire, libenti animo et spontanea voluntate, in remissione peccatorum meorum, dono et concedo predictum castrum in manu venerabilis Petri de Roera, Provincie et Ispanie magistri, domino Deo et sancte Iherosolimitane milicie Templi ac fratribus, tam presentibus quam futuris, inibi Deo servientibus, cum omnibus terminis suis. Videlicet ultra flumen Iberi, in capud de Baneoles, ex parte Tevize serra,⁴ sicut aque vertuntur versus Mirabet et vadit ad Podios Beçons usque ad terminum Tortose; et ex parte in qua castrum situm est, dono illis Beneçinem que dividit terminum cum Mora, et exinde protenditur terminus castri Mirabeti de Mora, sicut vadit usque ad serram de Aschon, deinde sicut vadit ad Nonasp et deinde sicut vadit et ferit ad Favaram et deinde usque ad podium de Calcet et vadit usque ad villar de Arenes, sicut aque vertuntur versus rivum de Algars, et deinde usque ad terminum de Caselas et de Buzot, que sunt de termino de Orta, et vadit ferire usque ad terminum Tortose, cum omnibus pertinentiis suis et castris et villis, videlicet castrum de Algars et castrum de Batea cum terminis sibi pertinentibus, et castrum de Corbera et de Gandesa cum sibi pertinentibus, et castrum de Pinello et de Resquera similiter cum suis pertinentibus, et omnes alios castros et villas que infra predictos terminos continentur vel concluduntur, cum omni alio heremo et culto, prono et plano, cum montibus et collibus, planis et vallibus, cum aquis et earum ductibus, cum viis et semitis, cum pratis et pascuis, cum nemoribus et saltibus, cum herbis et lignis, cum terris et lapidibus, ut dicti fratres Templi habeant et possideant omnia suppradicta et singula iure hereditario, ad proprium alodium franchum et liberum, integriter et potenter, absque ullo alicuius hominis vel femine retentu, perpetuis futurisque temporibus, sicut melius ac firmiter ad comunem utilitatem⁵ omnium fratrum intelligi valeat. Quin etiam eodem quoque modo dono et concedo eis in uno[quo]que⁶ castello, de Miquinensia usque Mirabet, unam de melioribus hereditatibus que ibi sunt, videlicet in Miquinencia⁷ unam bonam hereditatem et in Flexio aliam, et in Archone aliam et in Carçeia aliam, et in Mora aliam et in Teviça aliam. Et iterum dono eis duas iouvas de terra apud castrum de Marçan, franchas et ingenuas. Omnia vero, sicut superius scripta sunt, dono eis et firmiter laudo pro quinta eorum que ex illis ex donacione mea iure contingit de tota ipsa riparia, scilicet de Miquinensia usque ad Benihalet sive ad terminos Tortose, prout melius et comodius ad eorum utilitatem atque profectum intelligi potest.

Facta carta VIII kalendas septembris, anno ab Incarnatione Domini millesimo C^{mo} L^{mo} III^o regnique Lodovici iunioris XVII^o.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Arnaldi Mironis, comitis Palearensis. Sig+num Guillelmi de Castro Veteri. Sig+num Raimundi de Podio Alto. Sig+num Berengarii de Turre Rubea. Sig+num Arnaldi de Lerçio. Sig+num Raimundi de Villa de Muls. Sig+num Petri de Podio Alto. Sig+num Berengarii de Mulnels. Sig+num Arberti de Castro Veteri. Sig+num Guillelmi de Castro Veteri, el macip.

Sig+num Poncii, scribe Barchinonensis ecclesie, scriptoris comitis Barchinonensis, qui hoc scripsit ex mandato domini comitis die annoque prescripto.⁸

1. B *comença*: Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cuius tenor talis est. 2. *christiani afegit a la interlínia*. 3. *a afegida a la interlínia*. 4. *serra repetit*. 5. *tatem escrit a sobre d'una raspadura*. 6. *Manca*. 7. *que ibi sunt, videlicet in Miquinencia escrit a sobre d'una raspadura*. 8. B *acaba*: Sig(*senyal*)num Iacobi de Folcheriis, notarii publici Barchinone, testis. Sig(*senyal*)num Berengarii de Lirana, notarii publici Barchinone, testis. Sig(*senyal*)num Berengarii de Valle Sicca, notarii publici Barchinone, testis. Sig+num Bernardi de Ponte, vicarii Barchinone et Vallensii, qui huic translato sumpto fideliter ab originali suo, non cancellato nec in aliqua parte sui viciato, ex parte domini regis et auctoritate officii quo fungimur, auctoritatem impedimus et decretum ut ei tamquam originali suo fides plenaria ab omnibus impendatur, appositum per manum mei Bernardi de Cumbis, notarii publici Barchinone regentisque scribaniam curie vicarii eiusdem civitatis, in cuius manu et posse dictus vicarius hanc firmam fecit VIII^o idus septembris, anno Domini millesimo CCC^o undecimo, presentibus testibus Bernardo de Daurats, Iasperto de Examins et Petro de Comellis. Et ideo ego Bernardus de Cumbis, notarius predictus, hec scripsi et hoc meum sig(*senyal*)num hic apposui. Sig(*senyal*)num Bernardi de Villa Rubia, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter ab originali suo et cum eodem legitime comprobatum scribi fecit et clausit octavo idus septembris, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, cum litteris apposis in linea prima ubi dicitur christiani, et in linea decima ubi dicitur Templi et rasis et emendatis in linea undecima ubi dicitur tatem et alibi in eadem ubi dicitur que ibi sunt, videlicet in Miquinentia, et in linea duodecima ubi dicitur superius scripta.

1153, setembre, 23

Adveració. *Els testimonis del testament de Ramon Guillem juren, damunt l'altar de Sant Andreu de l'església de Vilagrasseta, les darres voluntats d'aquest, per les quals llegà diversos béns a institucions eclesiàstiques, al seu nét Carbonell i a la seva filla Laureta, i deixà usufructuària la seva esposa Ermengarda.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 262, 128 × 279 mm. Bon estat de conservació.

In Christi nomine. Hec est sacramentalis condicio ultime¹ voluntatis cuiusdam defuncti nomine Raimundus Guillelmi, qui veniens ad finem, pleno sensu et memoria integra, scribere fecit. Et rogavit ut fierent sui manumissores, scilicet Petrus Graniena et Arnallus Guardia et mulier sua Ermengardis. Nos vero, ego Berengarius sacerdos et Mironus Ermengaudi legaliter iuramus super altare Sancti Andree, quod est situm in castro Vila Grassa, in presentia Arnalli sacerdotis et Guillelmi sacrificustodi et iudicis, ita eos audisse ab ipso iamdicto precepisse, sicut hic inveneritis scriptum. In primis, iussit solvi suos debitos in comune. Et dimisit Sancte Marie Celsone corpus suum, cum tercia parte ex suo directo mobile et cum uno manso ad ipsa Torre et peciam unam alodii prope alodio Sancte Marie. Et ad Sanctum Petrum Archellis, aliam terciam partem mobili. Et aliam terciam partem mobili Sancti Andree Vila Grassa, ad opera vel ad clericos per medium. Et dimisit neto suo Carbonel alio totum mobile et castrum Vila Grassa et Agremuntel et Torre, sicut ipse abebat vel abere debebat, excepto hoc quod dimisit Sancte Marie. Et dimisit filie sue Loreta kastrum Glorieta, excepto alodio parilio² uno bous, quod dimisit Carbonel. Omnia vero suprascripta dimisit coniugis sue Ermengardis in vita sua, ut fiat domina et potentissima; et post eius obitu, fiat sicut superius est scriptum. Postquam hec omnia ordinavit, immutata voluntate sua nobis scientibus, obiit ex hoc seculo. Et nos post eius obitu, sicut superius est scriptum, legaliter roboramus infra spacium sex mensium.

Actum est hoc VIII kalendas octobris, anno XVII regnante Luzovici regis iunioris.


Sig+num Berengarii sacerdotis, Sig+num Mironi Ermengaudi, nos qui facimus hoc sacramentum.

Sig+num Berengarii de Guardia, Sig+num Guillelmi Isarni, Sig+num Porcel, isti viderunt hoc sacramentum.

Sig+num [Arnaldi Berardi]*. Guillelmus*, sacrista et lator iuris, hoc confirmo legibus +.

Berengarius sacerdos rogatus scripsit die et anno quod (*senyal*) supra.

1. ultime *repetit.* 2. r *corregeix* l.



1153, octubre, 9

Convinença. *Pere de Montpaó i Berenguer Orset, després de moltes discussions i mitjançant la intervenció d'homes bons, arriben a un acord sobre la vinya situada a Quadrells, en el terme de Cervera, que Pere tenia per donació de la seva àvia Ermengarda. Pere de Montpaó tindrà l'esmentada vinya per Berenguer i li donarà el quart de les collites i el terç de la verema.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 263 (*olim* arm. 23 dels Templers, sac A, núm. 72), 160 × 208 mm. Bon estat de conservació.

Notum sit cunctis audientibus qualiter fuit contencio inter Petrus Monte Paoni et Berengarius Orseti de alaudio vel vinea que est ad ipsos Quadrells, quod tenebat predictus Petrus per donacione Ermengards, avia sua. Ad ultimum autem, in placitis quem abuerunt inter illos, bonorum hominum Arnallus, capellani Accute, et Petrus Raimundi Monte Paoni et Petrus Granene, laudaverunt talem consilium inter illos ut ipse Petrus Monte Paone abeat predicto alaudio per iamdicto Berengario propter laboracione et donet fideliter ipso quart de expletis qui inde exierint. Et de ipsa vinea vel terra in qua est sita abeat Petrus predictus duas partes per suum edificium aut per suum acapite et Berengarius predictus terciam partem. Simili modo, de quantum plus ad in antea edificaverit, abeat predictus Petrus duas partes et Berengarius terciam partem. Quod si Petrus voluit mitere complantatorem, faciat cum consilio Berengarius, et abeat ipsius avere qui inde exierint Petrus duas partes et Berengarius terciam et de vineam similiter terciam. Alaudium namque vel vineam est infra terminum Cervarie, in predicto loco. Abet affrontaciones predicta vinea et alaudio, de oriente in carrera publica, de meridie in vinea Bernardus Pelegrini, de occiduo in vinea Arnallus Bover, circi vero parte in torrent. Quantum inter istas affrontaciones includunt, sic dono ego Berengarius tibi Petrus et coniux tua Adalet et cuncte progenie vestre predicta vinea et alaudio et quantum recuperare potuero infra terminum Cervarie, sicut superius scriptum est. Et per hoc donum convenit Petrus et coniux sua ut siant fideli amici de predictus Berengarius et de coniux eius Pereta, de predicta honore. Et si abuerint queralam de illis de predicta honore, quod firment illis directum et faciant sicut illis faciant iudicare per directum. Et si vindere vel

inignorare voluerimus, vindemus et inignoremus unus ad alius infra spacium XXX^a dierum et noctium.

Acta carta VII idus october, anno XVII regni Ledovicus regi iunioris.

Sig+num Berengarius Orset, Sig+num Pereta, nos qui hoc fecimus scribere et firmamus et ad testes firmare rogamus.

Sig+num Arnallus, capellani Acute. Sig+num Petrus Raimundi Monte Paoni. Sig+num Petrus Granene.

Petrus sacerdos, qui hoc scripsit (*senyal*) die et anno quo supra.

963

[1153, abans de novembre]

Venda. *Baldovino, cònsol de Gènova, en nom del consolat i del comú de Gènova, ven a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, la tercera part de Tortosa per setze mil morabatins. Els genovesos es retenen l'illa de Sant Llorenç i la seva església, a la qual el comte donarà anualment, com a cens, un pal·li valorat en quinze morabatins. Es retenen, també, el dret a què els ciutadans de Gènova que habiten entre Portvendres i Mònaco es puguin instal·lar lliurement a Tortosa.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 266 tripl. (*olim* arm. 14 Tortosa, sac B, núm. 110), 228 × 278 mm. Bon estat de conservació.

a FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 70.

Aquest document cal considerar-lo com un primer esborrany. Vegeu el document definitiu, núm. 965.

Notum sit omnibus qualiter venerabilis Balluvinus, consul ianuensis, ex mandato ianuensium consulum et comunis Ianue, veniens Barchinonam, atulit literas consulum et tocius consilii Ianue, in quibus literis continebatur ut quiquid cum comite Barchinonensi de causa Tortose idem Balldoinus faceret vel statueret, apud eos firmum haberetur et ratum. Igitur ego iamdictus Balldoinus, ex consensu et voluntate consulum ianuensium et tocius consilii Ianue ac tocius populi ianuensis, facio convenienciam cum comite Barchinonensi de vendicione nostre terciè partis Tortose et tocius termini eius, retenta insula Beati Laurencii, sicut eam habebat et possidebat, solide et libere. Retento etiam hoc quod ullus homo ianuensis qui habitet a Portu Veneris usque ad portum Monacum non donet in Tortosa ullum usaticum nec ullam ligiam nec aliquam

consuetudinem, in perpetuum. Et quod comes et sui heredes post eum donent inde per censum singulis annis in Natale Domini ecclesie Sancti Laurentii unum pallium quod valeat XV morabetinos. Et si aliqui ianuensium de Portu Veneris usque ad Monacum venerit habitare Tortosam et construxerit ibi edificium aliquod vel vineam plantaverit vel gardenum construxerit, et voluerint inibi habitare sub potestate et dominio comitis, comes non auferat eis sua nisi pro convicta alia culpa. Quod si ibi remanere noluerint, comes reddat eis expensas sub sacramento duorum bonorum hominum infra XL dies, si expense fuerint ultra C solidos; quod si fuerint minus, infra XV dies infra quos recedere voluerit et notum sibi fecerit. Si vero aliquis ex supradictis ianuensium habitatoribus emit usque hodie¹ terram, domum vel vineam, gardenum et voluerit habitare ibi, habitet et secure sua possideat ad fidelitate comitis, postposita ianuensium fidelitate. Et si noluerit habitare ibi, habeat potestatem vendendi quod emit cuicumque habitatori Tortose voluerit, qui ad fidelitatem comitis teneat. Et comes remittit omnes actiones et querimonias quas habet adversus comune Ianuę, tam pro dispendio Tortose quam pro aliis omnibus quibuslibet causis, salvo alio conventu quem comes habebat cum comune Ianuę. Et comune Ianue remittit omnes actiones et querelas, si quas habet vel habuit contra comitem usque nunc. Predictam quoque convenienciam vendicionis facio prenominato comiti Barchinonensi sine aliqua fraude, pro precio XVI milium morabatinorum marrochinorum, marinorum, aiadinorum et lupinorum.

1. hodie *afegit a la interlunia*.

964

[c. 1153, novembre, 15]

Venda. *Enrico, cònsol de Gènova, en nom del consolat i del comú de Gènova, ven a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, la tercera part de Tortosa per setze mil sis-cents quaranta morabatins. Els genovesos es retenen l'illa de Sant Llorenç i la seva església, a la qual el comte donarà anualment, com a cens, un pal·li valorat en quinze morabatins. Es retenen, també, el dret a què els ciutadans de Gènova que habiten entre Portvendres i Mònaco es puguin establir lliurement a Tortosa.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 266 quintupl. (olim arm. 14 Tortosa, sac B, núm. 112), 220 × 336 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

- A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 266 quadrupl. (*olim* arm. 14 Tortosa, sac B, núm. 111), 220 × 343 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació malgrat la mutilació d'una petita part de l'angle superior esquerre del pergami.
- a CODOIN, IV, doc. LXXVIII.
- b FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 68.

Aquest document cal considerar-lo com un esborrany. Vegeu el document definitiu, núm. 965.

In Dei omnipotentis nomine. Ego Enricus, consul ianuensis, facio convenienciam de vendicione nostre tercie partis Tortosę que ad comune Ianue pertinet et tocius termini eius cum comite Barchinonensi, ex mandato videlicet ianuensium consulum Martini de Moro, Guillelmi¹ Nigri atque Guillelmi Lusii et ex maiori parte tocius consilii Ianue, qui sunt consiliatores electi, et ex comuni consensu ac voluntate tocius populi ianuensis. Retenta insula Beati Laurencii, sicut melius eam solide et libere possidebat. Reten[to] etiam hoc quod ullus homo ianuensis qui habitet a Portu Veneris usque ad portum Monacum non donet in Tortosa ullum usaticum nec ullam ligiam neque aliquam consuetudinem in perpetu[um]. Et quod comes et sui post eum heredes donent inde per census singulis annis in Natale² Domini ęcclesię Sancti Laurencii unum pallium quod valeat XV morabetinos. Et si aliqui ianuensium de Portu Veneris usque Monacum venerit habitare Tortosam et construxerit ibi edificium aliquod vel vineam plantaverit aut gardinum construxerit, et voluerint inibi habitare sub potestate³ et dominio comitis, comes vel sui heredes non auferant eis sua nisi pro convicta alia culpa. Quo si ibi remanere noluerint, comes reddat eis expensas, sub sacramento duorum bonorum hominum, infra XL^a dies si expense fuerint ultra C solidos; quod si minus fuerint,⁴ infra XV dies infra quos recedere voluerit et notum sibi fecerit. Si vero aliqui ex supradictis ianuensium habitatoribus emit usque hodie terram, domum vel vineam, gardinum et voluerit habitare ibi, habitet et secure sua possideat ad fidelitatem comitis, dimissa ianuensium fidelitate. Et si noluerit habitare ibi, habeat potestatem vendendi quod emit cuicumque habitatori Tortosę voluerit, qui ad fidelitatem comitis teneat. Et comes remittit omnes acciones et querimonias quas habuit vel habet adversus comune Ianue de causa Tortosę, salvo alio conventu quem comes habebat cum comune Ianue. Et comune Ianue remittit omnes acciones et querelas, si quas habet vel habuit contra comitem usque nunc, de causa Tortosę. Predictam quoque convenienciam vendicionis facio prenominato comiti Barchinonensi, sine aliqua fraude, pro

precio XVI^{cim} milium et DC^{rum}XL^a morabetinorum marrochinorum, marinorum, aiadinorum, melechinorum, lupinorum, quorum comes debet dare X milia et CCCC^{tos5} mediante ianuario primo veniente, et alios VI milia et CC^{tos}XL^a mediante mayo primo veniente. Et isti morabatini debent dari apud Niciam. Et de⁶ quotcumque morabetinis⁷ de predictis singulis monetis amplius vel minus ibi habeantur, omnes accipiantu[r] ad pensum de lupinis. Si vero comune Ianue dederit aliquod lucrum vel usuram de medio ianuario in antea usque ad medium maium propter VI milia et CC^{tos}XL^{a8} morabetino[s] de medio mayo, comes donet predictum lucrum vel usuram de suo. Si vero comes dederit X milia morabetinos et CCCC mediante ianuario sicut suprascriptum est, intret comes et habeat possessionem iamdicte nostre terci^{e9} partis Tortose, potenter et integriter, cum termino eius. Et comune Ianue tenebit obsides comitis pro hoc quod remanserit donec tota sit persoluta pecunia. Quorum obsidum erit unus ex filiis Guillelmi Raimundi dapiferi et alius erit Berengarius de Torroia aut frater eius Arnaldus vel¹⁰ nepos eius Raimundus; tercius erit Guillelmus de Castro Vetulo¹¹ aut frater eius Arbertus aut filius eius Guillelmus; quartus erit unus ex filiis Petri Bertrandi de Bellog¹² aut Guillelmus de Cervaria vel frater eius aut Guillelmus Petri de Castelet vel filius eius aut Dalmacius de Petra¹³ Taiata aut frater eius vel filius eius. Ex supradictis VIII genibus dabit comes¹⁴ V obsides, quales habere potuerit cum ipsa companna Arnalli de Lercio, que est in VIII^{vo15} numero. Et si postquam comune Ianue tenuerit predictos obsides fugeret inde aut moreretur aliquis ex eis, comes Barchinonensis mitat ibi alium vel alios convalentes. Et convenit comes Barchinonensis quod persolvat et pachet supradictam¹⁶ pecuniam sicut superius scriptum est. Et quod suprascriptum censum Sancti Laurentii¹⁷ reddat annuatim sine enganno comunis Ianue, nisi de quantum¹⁸ maior pars consulum¹⁹ comunis Ianue sua voluntate prolongare voluerit. Et comes debet dare suprascriptos V obsides modo Henrico consuli, si eos accipere voluerit, vel mediante ianuario, soluta peccunia quam tunc debet persolvere apud Niciam.

1. et Guillelmi A'. 2. *Segueix s, expuntuada.* 3. *e volada corregeix [i]* 4. et si fuerint minus A'. 5. *quadringentos A'.* 6. *de afegit a la interlínia.* 7. *mohabitinis A'.* 8. *CC^{ta}XL^a A'.* 9. *tercie afegit a la interlínia.* 10. *aut A'.* 11. *Castel Vel A'.* 12. *Bello Loco A'.* 13. *Pera A'.* 14. *dabit comes repetit.* 15. *octavo A'.* 16. *suprascriptam A'.* 17. *r afegida a la interlínia.* 18. *qnto al text; quantum A'.* 19. *consulum afegit a la interlínia.*

965

1153, novembre, [c. 15]. Lleida

Venda. *Enrico, cònsol de Gènova, en nom del consolat i del comú de Gènova, ven a Ramon Berenguer IV la tercera part de Tortosa per setze mil sis-cents quaranta morabatins. Els genovesos es retenen l'illa de Sant Llorenç i la seva església, a la qual el comte donarà anualment, en concepte de cens, un pal·li valorat en quinze morabatins. Es retenen, també, el dret a què els ciutadans de Gènova que habiten entre Portvendres i Mònaco es puguin establir lliurement a Tortosa.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 266 (*olim* arm. 14 Tortosa, sac B, núm. 109), 285 × 327 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques de tinta moderna, de color blau, a la part dreta del pergamí.

B Còpia coetània. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 266 dupl. (*olim* arm. 14 Tortosa, sac B, núm. 94), 287 × 321 mm. Bon estat de conservació.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 455.]

a CODOIN, IV, doc. LXXVIII.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 463.

c FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 69.

D'aquest document es conserven els esborranys. Vegeu els documents núms. 963 i 964.

Nunc et in eternum sit cunctis hoc manifestum quoniam ego Henricus,¹ consul ianuensis, ex mandato et consilio ianuensium consulum, videlicet Martini de Moro et Guillelmi Nigri atque Guillelmi Lusii ac tocius electi consilii Ianuæ ex² maiori parte, et ex comuni consensu et voluntate tocius populi ianuensis, vendo et trado Raimundo Berengarii, comiti Barchinonensi, Aragonensium principi, et suis heredibus in perpetuum nostram terciam partem Tortosę et tocius termini eius que ad comune Ianuę pertinet, cum omni integritate, sine aliqua fraude. Et de iure ac potestate nostra trado et transfero prephatam terciam partem Tortosę, cum pertinentiis suis,³ in ius et dominium suprascripti Raimundi Berengarii, comitis Barchinonę et Aragonę principis. Pro precio videlicet XVI^{cim} milium et DC^{torum}⁴ et XL^a morabitorum marrochinorum, marinorum, aiadinorum, lupinorum, melechinorum, qui quotcumque ibi sint mixtim, ad pensum de lupinis reddantur. Predictam quoque vendicionem facio iamdicto Raimundo, comiti Barchinonensi, et suis heredibus, retenta insula Beati Laurencii, sicut melius solide et libere illam tenebat et possidebat. Retento etiam hoc quod

ullus homo ianuensis qui habitet a Portu Veneris usque ad portum Monacum non donet in Tortosa ullum usaticum nec ullam ligiam nec aliquam consuetudinem in perpetuum. Et quod comes et sui post⁵ eum heredes donent inde per censum singulis annis, in Natale Domini, ecclesię Sancti Laurentii unum pallium quod valeat XV morabetinos. Et si aliqui ianuensium de Portu Veneris usque ad Monacum venerit habitare Tortosam et construxerit ibi edificium aliquod vel vineam plantaverit aut gardenum construxerit et voluerint inibi habitare sub potestate et dominio comitis, comes vel sui heredes non auferant eis sua nisi pro convicta alia culpa. Quod si ibi remanere noluerint, comes reddat eis expensas sub sacramento duorum bonorum hominum infra XL^a dies, si expense fuerint ultra C solidos; et si fuerint minus, infra XV dies infra quos recedere voluerint⁶ et notum sibi fecerint. Si vero aliqui ex supradictis ianuensium habitatoribus emit usque hodie terram, domum vel vineam, gardenum et voluerit habitare ibi, habitet et secure sua possideat ad fidelitatem comitis, dimissa ianuensium fidelitate. Et si noluerit habitare ibi, habeat potestatem vendendi quod emit cuicumque habitatori Tortose voluerit, qui ad fidelitatem comitis teneat. Et comes remittit omnes actiones et querimonias quas habuit vel habet adversus comune Ianuę de causa Tortosę, salvo alio conventu quem comes habebat cum comune Ianuę. Et comune Ianuę remittit omnes acciones et querelas, si quas habet vel habuit, contra comitem usque nunc de causa Tortosę.

Facta est hec vendicio mediante novembrio, apud urbem Ylerdam, in presencia sociorum predicti consulis Henrici qui cum eo advenerant, videlicet Guillelmi Cab d'Ergol et Boni Vassalli Bolferici et Oberti Lusii et Fabiani Superbi atque Guillelmi capellani et Henrici Guersii, filii iamdicti consulis Henrici, et aliorum quamplurium virorum nobilium inibi asistencium, scilicet Guillelmi Raimundi dapiferi, Guillelmi de Castro Vetulo, Guillelmi de Cervera, Otonis dapiferi, Geralli de Iorba, Raimundi de Cardona, Berengarii de Torroia, Arnalli de Torroia, Petri de Podio Alto, Berengarii de Benavent, Bernardi d'Eril, Guillelmi Arnalli, Petri de Bello Loco,⁷ Guillelmi Ibeloti, Oggerii Agaza,⁸ Boni Vassalli de Moro, qui supradicti huius vendicionis visores et auditores advocati sunt testes, anno ab Incarnacione Domini millesimo C^oL^oIII^o, in era millesima C^aXC^aI.

Ego Martinus de Mauro* suprascripti. Ego W. Niger* (*senyal*). Ego W. Guercius de Ponte* clavarius scripsi.⁹

1. Enricus B, *amb una H afegida en època moderna sobre la primera línia*.
2. ex omet B. 3. eius B. 4. Vlex centorum B. 5. post afegit posteriorment

B, per una mà d'època moderna. 6. voluerint afegit a la interlínia. 7. Bellog B. 8. Agaza afegit a la interlínia. 9. Ego Martinus de Mauro suprascripti. Ego Willelmus Niger subscripti. Ego Willelmus Guercius de Ponte, clavarius, scripsi omet B.

966

[Després de 1153, novembre, 15]

Carta. *Siro, arquebisbe de Gènova, escriu a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, anunciant-li que el sacerdot Alberto l'informarà sobre l'intent de privar l'església de Gènova de la donació que el comte li ha fet a Tortosa. Al mateix temps, li demana que li trameti un sarraí o un cristià que sàpiga conrear un hort i plantar arbres fruiters.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, núm. 2505, 170 × 145 mm. Bon estat de conservació.

Datem després de la venda de la tercera part de Tortosa amb reserva de l'illa de Sant Llorenç.

Raimundo, Dei gratia Barchinonensi comiti et principi regni Aragonensis et marchioni Provincię, Syrus, Ianuensis ecclesie servus et archiepiscopus licet indignus, salutem in Christo perpetuam et de universis hostibus suis gloriosum triumphum et letam victoriam. Quando materia utilis et honesta iusta occasione offert se nobis ut magnificentie vestre aliquod scribere debeamus, libenter id facimus et cum plausu et exultatione congratulamur vobis, gratias Deo agentes de multis beneficiis que persone vestre contulit ante paucos annos in variis triumphis et victoriis super nepharias gentes sarracenorum, quorum civitates et castella atque divicias possidetis innumeras. Ut vero multo tempore hec faciatis, nos et fratres nostri canonici Sancti Laurentii pro salute vestra Divine Maiestati hostias continuas et orationes offerimus, vestre liberalitatis beneficium semper ad memoriam revocantes quod beato Laurentio martyri in insula Tertose munus egregium optulit vestra devotio. Quo circa, ut ecclesia nostra hanc vestram elemosinam tam preclaram, tam honestam, sub vestra defensione valeat possidere cum pace, bonitatem vestram precamur ut vestra vigilantia sit provida et bene sollicita super hoc ne aliquis homo cuiuscumque conditionis presumat fratribus nostris aliquam inde inferre molestiam. Mittimus enim propterea ad excellentem nobilitatem vestram latorem presentium, sacerdotem Albertum, carissimum nobis et venerande religionis, ut consilium habeat vobiscum ne aliquis invasor audeat temerare vel corrumpere illam possessionem,

ut redditus qui annuatim ex ea procedunt aliquatenus fratribus nostris non¹ diminuantur vestra tutela cohibente universos male cogitantes qui forte possent nequiter insidiari. Videbitis namque cum ipso sapienter que conveniant presenti negotio et ut omnia de quibus agimus integra et illibata permaneant, milies et milies postulamus ut vestre sint custodie commendata. Habet utique frater noster Albertus loquelam et sapientiam quibus vestre noticie poterit declarare qui sint qui moliantur nostris fratribus inde nocere, quod² de mandato vestro facile poteritis ne obsint ad quietem perducere. Verum ut pro utilitate nostra singulariter etiam vobis aliquod significemus, petimus de vestra munificentia quod vos qui habetis in servicio vestro ultra centum milia hominum, mittatis nobis unum sarracenum vel christianum qui noverit nobis sapienter ortum excolere et plantare pomerium. Est namque nobis persona talis valde necessaria et per legatum presentem vestre magnificentie supplicamus ut confestim ad nostram presentiam dirigi faciatis. Omnipotens Deus vitam vestram longis temporibus in continua prosperitate custodiat et penitus ab omni malo defendat. Amen.³

1. non *afegit a la interlínia.* 2. *d afegida a la interlínia.* 3. *Al dors Comiti Barchinonensi debeor.*

967

1153, desembre, 11

Donació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, dóna a Guillem de Copons, en franc alou, la vila de Godall i el molí que ha de construir a Ulledecona.*

- A [Original no localitzat.]
 B [Trasllat del 13 de març de 1213 no localitzat.]
 C Trasllat en paper del 28 de març de 1229, ex A. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 264 dupl., 300 × 198 mm. Estat de conservació regular a causa de la humitat, que ha esgrogueït el paper, i d'un estrip que coincideix amb un dels plec.
 D Trasllat del 28 de gener de 1295, ex B, fet per Pere de Vila-rodona, júnior, notari de Tortosa. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 264 (*olim* arm. 14 Tortosa, sac D, núm. 148), 204 × 227 mm. Bon estat de conservació.
 E Trasllat del 15 d'octubre de 1373, ex D. ACA, Cancelleria, pergs. Extraintentari núm. 3611-d.

L'exemplar E conté el trasllat de tres documents més.

In¹ Dei nomine. Ego Raymundus, comes Barchinone et princeps Aragonum et Dertose² marchio, dono tibi Guillelmo de Capons,³ fideli meo, et successoribus tuis imperpetuum, per propriam here-

ditatem francham et liberam, illam villam que appellatur Godal,⁴ cum omnibus terminis suis,⁵ sicut melius potest dici vel intelligi ad tuum tuorumque profectum. Hereditatem quoque totam, sicut superius est scriptum et nominatum, dono et firmiter laudo tibi, suprascripto Guillelmo de Capons,⁶ et omni tue proieniei,⁷ pro hereditate propria et francha, ad omne velle tuum proficiendum et omnium successorum tuorum, salva mea fidelitate et omnium successorum meorum per secula cuncta. Est autem supradicta villa que appellatur Godal⁸ in terminio Dertuse quod dicitur Canals.⁹ Et dono etiam¹⁰ tibi integriter et potenter, cum omnibus almuniis suis et arrahals et cum bosch¹¹ et cum suis fontibus et cum pratis et pascuis,¹² cum pronis et planis. Et dono tibi terminos in circuitu ipsius ville duos milarios¹³ ex omni parte. Omnia vero, sicut sunt superius scripta et nominata, tibi dono Guillelmo iamdicto omnique tue proieniei¹⁴ pro hereditate propria et francha, simul cum ipso molendino quod feceris in predicta aqua de Ualdicono,¹⁵ salva mea meorumque successorum fidelitate imperpetuum. Si quis autem suprascripta donacionem infringere vel dirumpere temptaverit, nichil proficiat, set in duplo componat. Et postmodum presens donacio firma permaneat imperpetuum.¹⁶

Facta carta donacionis tercio¹⁷ idus decembris, anno ab¹⁸ Incarnacione Domini nostri Ihesu Christi C LIII post millesimum.

Signum+ Raimundi comes.

Signum+ Guillelmi Raymundi¹⁹ dapiferi. Sig+num Petri Bertrandi. Sig+num Bernardi de Bello Loco.²⁰ Sig+num Bertrandi de Casteloto.²¹ Sig+num Arberti de Castro Vetulo.

Sig+num Poncii scribe, qui hoc scripsit die et anno quo supra.²²

1. *C comença*: Hoc est translatum bene et fideliter factum quinto kalendas aprilis, anno Domini M^oCC^oXX^o nono cuiusdam carte que sic habetur. — *D comença*: Hoc est translatum a quodam transumpto de verbo ad verbum bene et fideliter sumptum V^o kalendas februarii, anno Dominice Incarnacionis M^oCC^oXC^o quarto, cuius tenor talis est: Hoc est translatum bene et fideliter factum III^o idus marcii, anno Dominice Incarnacionis M^oCC^oXII^o, a quadam carta que sic habitur. — *E comença*: Hoc est translatum a quodam transumpto de verbo ad verbum bene et fideliter sumptum quinto kalendas februarii, anno Dominice Incarnacionis M^oCC^oXC^o quarto, cuius tenor talis est: Hoc est translatum bene et fideliter factum tercio idus marcii, anno Dominice Incarnacionis M^oCC^oXII^o, a quadam carta que sic habitur. 2. Dertuse E. 3. Copons D i E. 4. Godayl D i E. 5. cum omnibus terminis suis et pertinenciis D i E. 6. Copons D i E. 7. progeniei D; progeniey E. 8. appelar Godayl D i E. 9. in terminio Dertuse, in territorio quod dicitur Canals D i E. 10. eam D i E. 11. et cum omnibus suis arralials et cum boscs D i E. 12. paschuis E. 13. miliarios D i E. 14. projeniei D; progeniei E. 15. Uayldicono D; Uayldichona E. 16. Si quis autem ... permaneat imperpetuum *omet C; ho restablim a partir de* D i E. 17. III^o D i E. 18. ab *omet* E. 19. Raimundi D. 20. D i E *afegeixen a continuació*: Sig+num Arnaldi de Lercio. Sig+num Raimundi de Podio

Alto. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. 21. Casteleto D; Castelleto E. 22. C *acaba*: Ego Martinus de Alfoça hoc firmo pro teste (*senyal*). Sig(*senyal*)num Bernardi de Mora, ecclesie Sancti Iacobi capellanes. *Segueix, escrita a principis del segle xv, la nota següent*: Aquest treslat fo pres de la carta original feta en forma pública de la donació damunt dita de Godayl, la qual carta tenen en comanda los monges del monestir de Benifaça, que-ls fo comanada per la dona na Berenguera de Çenteyles, que ladonchs era dona del dit loch de Godayl. — D *acaba*: Sig(*senyal*)num Bernardi de Mora, qui me pro teste subscribo. Sig(*senyal*)num Berengarii presbiteri. Ego Bernardus Tolsani hoc scripsi et hoc (*senyal*) feci die et anno quo supra. Sig(*senyal*)num mei Petri de Villa Rotunda iunioris, notarii Dertuse publici, qui hoc transcripsi et comprobavi cum dictione aptata in V^a linea ubi dicitur *suprascripto*, et cum supraposita in VIII^a linea ubi dicitur *in circuitu*, die et anno prefixo. — E *acaba amb la clausura, que serveix per a tots els documents que trasllada. La transcrivim a continuació, tot obviant les esmenes que fan referència al text traslladat dels altres documents*: Sig(*senyal*)num Bernardi de Mora, qui me pro teste subscribo. Sig(*senyal*)num Berengarii presbiteri. Ego Bernardus Tolsani hoc scripsi et hoc (*senyal*) feci die et anno quo supra. Sig(*senyal*)num mei Petri de Villa Rotunda iunioris, notarii Dertuse publici, qui hoc transcripsi et comprobavi cum dictione aptata in V^a linea ubi dicitur *suprascripto*, et cum supraposita in VIII^a linea ubi dicitur *in circuitu*, die et anno prefixo. Sig(*senyal*)num mei Guillermo Venrelli, notarii publici auctoritate regia, huius translati testis. Sig(*senyal*)num mei Petri Geronesii, notarii publici auctoritate regia per totam terram et dominacionem illustrissimi domini regis Aragonum, qui, visiis originalibus transumptus predicti, hic pro teste me subscribo. Sig(*senyal*)num Petri Bartholomei, scriptoris illustrissimi ac magnifici principis et domini, domini regis Aragonum, ac tenentis claves dicti archivi sui eiusque auctoritate notarii publici per totam terram et dominacionem suam, qui hoc translatum, de mandato vicecancellarii factio per Iohannem de Belmont, portarium ipsius domini regis, a predictis suis originalibus sumptum et cum eis de verbo ad verbum legitime comprobatum scribi fecit in civitate Barchinone, XV^a die octobris, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimo tercio, cum raso et emendato (...) in linea XL^a ubi legitur *factum*, et in XLI^a ubi legitur *que appellatur*, et in XLIII^a ubi dicitur *Uayl* (...) et clausit.

968

1154, març, 5

Adveració. *Els testimonis del testament de Guillem Berenguer juren, davant l'altar de Sant Joan de la catedral de Vic, les darreres voluntats d'aquest, per les quals llegà diversos béns a institucions eclesiàstiques i als seus fills Berenguer, Ponç, Guillem, Arnau i Ramon.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 265, 148 × 404 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Hec est sacramentalis conditio seu publicatio cuiusdam defuncti nomine Guillelmi Berengarii, quam nos testes, videlicet Ermengaudus, presbiter Sancti Andree d'Oristà, et Poncius de Vila Tenmar, in presentia domni Petri Berengarii, Ausonensis sedis sacriste et iudicis, iurando testificamur supra altare Sancti Iohannis, situm in aula Sancti Petri Vici, quia vidi-

mus et audivimus quando prefatus defunctus, iacens in egritudine, adhuc loquela plena et memoria integra, nobis audientibus, per scripturam iniunxit qualiter eius possessio distribuaretur si ab illa infirmitate moreretur vel antequam aliud testamentum faceret. Primum, dimisit domino Deo et ecclesie Sancte Marie de Stagno corpus suum ad sepeliendum si in hac terra moreretur. Et dimisit eidem ecclesie suum mulum, cum braciatico de suo alodio quod habebat in Lanars et in parrochia Sancti Marcialis. Et de ipso pignore quod tenebat in Villa Clara per VIII moabetinos, dimisit ab Bernardum Guillelmi de Luciano IIII^{or} et ad Sanctam Mariam iamdictam V. Et dimisit ad Sanctum Sepulchrum et ad Hospitalem et ad miliciam Templi IIII^{or} moabetinos ut equaliter eos haberent. Dimisit etiam ad Sanctum Andream d'Oristà et clericos suos V solidos denars. Et ad Sanctum Petrum sedis Vici V solidos denars. De ipsis vero XV solidis quos ei debebat Arnallus de Gurbo, dimisit ei X solidos; et ad Sanctum Petrum de Petra Fita cum suis clericis, III solidos; et ad Sanctum Petrum de Villa, XII denars. Hoc vero quod remansit iussit dari pro anima sua, ipsis debitis solutis. Dimisit etiam ad filium suum Berengarium ipsum castrum de Tornamira cum fevis et acptes quos fecit de senioribus suis, cum vasculis maioribus et minoribus, quia accepit de illo mulum unum. Dimisit ad filium suum Poncium ipsum fevum quem tenebat per Bernardum de Sallisforas in parrochia Sancti Felicis, cum ipso pignore quod ibi tenebat per nepotem suum de Minorisa pro X moabetinis. Dimisit ad filium suum Guillelm ipsum fevum quem tenebat per Bertrandum de Mazanos. Dimisit ad filios suos Arnallum et Raimundum ipsum alodium quod habebat in parrochia Sancti Marcialis et in Lanars, preter ipsam tenedonem quam tenet Bernardus de Basset, quam dimisit ad filium suum Berengarium, et est alodium. Predictum vero honorem sive fevos sive alodia non possent iamdicti fratres vendere aut impignorare nisi ad Berengarium fratrem suum. Et si Berengarium sine legitimo infante mori contigerit, revertatur honor ad fratres suos quos elegerit. Et reliquit omnem suum honorem et filios suos in baiulia et custodia Arnalli de Gurbo et Arnalli de Tornamira et aliorum suorum seniorum.

Actum est hoc III nonas marcii iuxta secundi ordinis modum, anno XVII regni regis Ludovici iunioris.

Ermengaudus* sacer. Sig+num Poncii de Villa Tenmar. Sig+num Berengarii de Tornamira, qui hoc testificando iuravimus.

Sig+num Bernardi de Villa Granata. Scripta libens ista Petrus* confirmo sacrista et iudex.

Raimundus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo (*senyal*) supra.

969

1154, març, 31

Donació remunerada. *Ramon Bernat de Guàrdia, la seva esposa Ponça i els seus fills Ramon, Ponç, Bernat i Estefania donen a l'orde del Temple tota l'honor que tenen a Sant Esteve de Vallespirans, al lloc anomenat Rocha de Pugal, a canvi de trenta-cinc sous.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 1181 fet per Ramon, escrivà. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 267, 121 × 160 mm. Estat de conservació regular a causa d'un estrip al marge inferior del pergami.

In Dei eterni nomine. Ego Raimundus Bernardi de Guardia et uxor mea Poncia et filii nostri Raimundus et Poncius et Bernardus et Stephania, bona ac spontanea voluntate, donamus domino Deo et Militie Iherosolimitane, propter remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, et propter XXXV solidos denariorum quos accipimus ab Othone de Solerio, omnem nostrum honorem qui est in parrochia Sancti Stephani de Valle Spiranti, in loco vocato Rocha de Pugal, ut habeat eum ipsa Militia cum terminis et affrontationibus, egressionibus ac regressionibus et paschuis. Que affrontationes sunt, ab oriente in torrente qui discurrit de collo Sancti Stephani, a meridie in Aquam Putidam, ab occidente in torrente de Ruiria, a circio in stratam que vadit de collo Sancti Stephani ad Archers. Quantum iste affrontationes includunt, quod ibi in dominio tenebamus et habere debemus, sic donamus domino Deo et predictae Militie Iherosolimitane sine omni retinimento, ad proprium alodium perpetuo habendum et possidendum. Si quis hanc kartam donationis infringere voluerit, efficere¹ non valeat, sed, ut in legibus discernitur, in quadruplo componere non moretur.

Actum est hoc II kalendas aprilis, anno XVII Ludovico rege iuniore regnante.

Sig+num Raimundi Bernardi de Guardia, Sig+num Pontie, uxoris eius, Sig+num Raimundi, Sig+num Poncii, Sig+num Bernardi, Sig+num Stephanie, qui hanc kartam scribere iussimus testibusque firmare precipimus.²

Sig+num Guillelmi de Guardia. Sig+num Karbonelli de Kastelar.
Sig+num Guillelmi Petri de Revira. Sig+num Guillelmi de Mas.

Hoc rogatus scripsit Arnaldus die et anno notato (*senyal*)
superius.³

1. *efficeree al text.* 2. *La primera i corregeix e.* 3. *B acaba: Raimundus scriba, qui hoc translatavi [... anno] a nativitate Domini M° C° LXXX° I° (senyal).*

970

1154, abril. Canfranc

Homenatge de fidelitat. *Els súbdits de la difunta vescomtessa Guiscarda de Bearn reconeixen el domini de Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, i li juren fidelitat.*

A [Original no localitzat.]

B [Còpia, en un *cartorali Arag.*, segons notícia dorsal [del segle xv] de C, no localitzada, tal vegada el Liber feudorum maior.]

C Còpia del final del segle XII o primer quart del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 268 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 711), 348 × 163 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta al marge dret del pergamí.

a MARCA, *Histoire du Bearn*, p. 465 (edició parcial).

b TUCCO-CHALA, *La Vicomté de Bearn*, doc. 5.

c FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 71.

Cit. MARCA, *Histoire du Bearn*, pp. 462-465. — TUCCO-CHALA, *La Vicomté de Bearn*, pp. 42-44.

Anno ab Incarnacione Domini millesimo C LIII^{to}, mortua vicecomitissa Bearnensis nomine Guiscarda, in mense aprilis, convenerunt in unum apud Campum Franchum omnes illius terre proceres, videlicet episcopi venerabiles¹ Olerensis et Laschurenensis, cum abbate Sancti Severii de Gaschonia et Fortanerius d'Eschot, Raimundus de Dumí, Raimundus Garsias de Gavasto, Raimundus Arnall de Gerderes, Gaiardus de Morlana, Arnallus d'Alazchu, cum magna multitudine Bearnensium scilicet ac Morlanensium et Aspensium atque Orsalensium, ante presentiam incliti Raimundi, comitis Barchinonensis, Aragonensium principis. Qui omnes, tam per se quam per illos qui deerant, dicioni et dominio comitis iamdicti se subponentes, fecerunt ei hominum sacramenta et fidelitates, eligentes eum sibi in dominum et rectorem, salva fidelitate filiorum² Petri, vicecomitis Bearnensis, olim defuncti.

Facta sunt hec apud Camp Franchum, in presencia Petri, comitis Bigorre, et multorum nobilium inibi pariter assistencium, in mense aprilis, in era millessima CXCII^a.

In primis, Arnaldus], episcopus Olorensis, Raimundus], episcopus Laschurrensis, Raimundus, abba[s] Sancti Severii de Gaschonia, Fortaner d'Eschot, Raimundus de Domi, Raimundus Garsia de Gavasto, Raimundus Arnalli de Gerderes, Garsias Arnalli de Domi, Gaiard de Morlaca, Raimundus Garsias de Spelunca, Raimundus Guilelmi d'Alaruz, Oto de Castello, Raimun de Vila, Raimun Guilelmi de Bescad, Raimun Guilelmi de Lobier, Raimun Guaiard de Bileles, Orsales,³ Guilelmus de Casal Bo, Raimundus Sicard de Vila, Garsia Donad de Vila, [Tron de Quairei], Arnaldus de Iera, Raimundus de Bileles, Raimundus de Beg[eria], Guilem Arnalli de Bidos, Raimundus de Caba Pont, Benedet de Media Vila, Fortaner de Bileles, Gerallus de Lobier, Arnallus de Busa, Rodlan de Leschar.

Homines Aspa: Arnallus de⁴ Alaschun, Fortun Dat, Sancius Parra de Oza, Moxag de sos Senzs, Petrus d'Achoss, Cenebru d'Olza, Ato de sos Sents, Guilem Fort de Bedos, Garsia d'Alta Piz, Sanc de Pont, Lop Donat de Bedos, Bru de Bedos, Raimundus Escherra d'Alaxe, Afaitad Dorchum, Agud Dorcha, Calvet d'Alaxe, Argiol de [D]elz,⁵ Azbeg d'Achoss, Gaiard d'Achos, Gai de Ioerz, Sanc Assi de Less, Raimundus d'Atass, Raimundus Garsia de Les, Calvet⁶ d'Atass, Garsia Benedet de Les, Guilem de Les, Arnallus de Les, Bernad de Marrochs, Guilelmus Blasc d'Olza, Garcia Roi d'Olza, Gaiard d'Olza, Arnallus da Lagu, Raimundus Guaiard d'Olza, Doat d'Olza, Arnallus Bastard d'Olza, Benedet d'Olza, Guilelmus de Lagu, Benedet de Berger, Arnallus de Busa, Garsio d'Aspa, Garsia Donad di Seta, d'Orsal,⁷ Sanc Aiul de Seta, Aspa,⁸ Donat Garsia de Seta, Aspa, Garsia Lup de Seta, d'Aspa, Raimundus de Seta, Aspa, Raimundus Sancii de Seta, Aspa, Braz de Seta, d'Aspa, Garsia de Seta, d'Aspa, Petrus de Seta, d'Aspa, Bonet de Seta, d'Aspa, Guilelmus d'Urdoss, d'Aspa, Lop [F]uert d'Urdoss, Aspa, Ramon Garsia de Salt, d'Aspa, Benedet de Seta, d'A[spa], Bernard de Lobier, Orsal, Guilem de Lusa, Orsal, Alaman de Salt, Aspa, Sanz Aner de Salt, Aspa, Aiol de Salt, Aspa, Lup Sanc de Salt, Aspa, Arnal d'Urdoss, Aspa, Sanc Aner de Salt, Aspa, Petrus d'Urdoss, Aspa, Agud de Salt, Aspa, Garsia Donad de Borza, Aspa, Sanc Assi de Borza, As[pa], Guilelmus Agud de Borza, As[pa], Calvet de Borza, As[pa], Lop Donat de Borza, As[pa], Raimon de Borza, As[pa], Guarner de Borza, As[pa], Fort Sanc de Borza, As[pa], Ramon Cortes de Borza, As[pa], Raimon de Borza, As[pa], Assaiol de Salt, As[pa], Aiol de Salt, As[pa], Pere de Salt, As[pa], Aiol Assi de Salt, Aspa, Geral de Pau, vicarius de Morlanis, Morlanis,

Petrus Alleberti, Mor[lanis], Aldebertus de Morlanis, Mor[lanis], Oliver Davi, Mor[lanis], Iohan Orch, Mor[lanis], Vidal d'Esteve, Mor[lanis], Galan Arbert, d'Esbelaxe, Mor[lanis], Richard de Morlanis, Mor[lanis], Guilelmus de Figeres, Morlans, Oliver de Bixed, Mor[lanis], Girard de Morlanis, Mor[lanis].

1. i corregeix a. 2. filiorum afegit a la interlínia. 3. Orsales afegit a la interlínia. 4. Segueix Aspa, ratllat, i Alaschun, afegit a la interlínia. 5. d corregeix un traç anterior. 6. t afegida a la interlínia. 7. d'Orsal afegit a la interlínia. 8. Aspa afegit a la interlínia. A partir d'aquí tots els noms porten el terme Aspa o d'Aspa afegit a la interlínia, afegit per una mà posterior. El mateix passa amb els topònims Orsal i Morlanis. Aquesta particularitat no s'indica en nota.

971

1154, maig, 5

Convinença. *Pere Ramon de Cantallops cedeix a la seva germana Maiassenda, al seu espòs Arnau i a la seva descendència la meitat del mas de Cantallops, amb un contracte de mitgeria. Quan mori Pere Ramon, Arnau i Maiassenda rebran en plena propietat la meitat del mas.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 269, 96 × 308 mm. Estat de conservació regular a causa de la presència d'algunes taques d'humiditat a la part central del pergamí.

Sit notum cunctis quoniam ego Petrus Raimundi de Canta Lupos dono tibi Masasende, sorore mea, et ad virum tuum Arnallum et ad vestra posterita medietate de meo manso de Canta Lobs ut bene laboretis et edificetis et melioretis. In tali racione ut ego donatore bene adiudetis ad laborare ad ista mea sorore; et quando venerit ad seminare mitamus seminiam per medium et abeamus expletum quem ibi Deus dederit per equaliter. Et unum campum qui est vicecomitale dono vobis suprascriptis medietate; et in illos lochos¹ unde ego donatore² non potuit mitere seminiam nec laborare, abeat is vos expletos quem Deus dederit solidos et liberos, exceptum directum senioris. Et ego donatore facio hoc quoniam ego non potest laborare nec servire mei senioris. Et ego et vobis suprascriptis et nostra posterita faciamus nos servicium de ista onore senioris per equaliter. Et de post obitum de me donatore abeat is vos suprascriptis de isto manso³ medietatem solida et libera; et alia medietate qui remanet, si ego abeat nullum infantem qui per se ipsum retinere voluerit, abeat illa medietate sine engan. Si hoc facere non volunt meos filios, abeat mea serore⁴ et sua

posterita totum istum mansum de Canta Lobps, totum quantum ego abeo et abere debeo, sine engan. Qui hoc autem inquietare voluerit, non liceat, set pro sola presumcione in duplo componat.

Acta donacione III nonas madii, ano XVII regni regis Ledovici iunioris.

Sig+num Petri Raimundi de Canta Lobps, qui hanc karta fieri precepi, firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Bernardi, Sig+num Arnalli, Sig+num Petri, Sig+num Guillelma, filiorum illorum.

Sig+num Guillelmi de Bosc, Sig+num Petri de Casa Migana, Sig+num Arnalli de Fabrica, isti sunt testes.

Sig+num Guillelmi Bernardi de Villa Secha, qui hoc firmo et laudo et dono et sum senior de ista onore.

Guillelmus sacer, qui hoc donacione scripsi die et anno (*senyal*) quo supra.

1. lo *corregeix* vi. 2. to *afegit a la interlínia*. 3. manso *afegit a la interlínia*.
4. *En lloc de sorore*.

972

1154, juny, 18

Definició. *Bernat Ramon, la seva esposa Guilla i els seus fills Pere i Ferrer renunciem a favor de l'orde del Temple als drets sobre un alou que havia estat de Pere Arnau, al castell de Calders, a la vila Corneliana.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 270, 115 × 271 mm. Bon estat de conservació.

Cuntis scire volentibus pateat qualiter fuerunt magnas contentiones et iracundias et discordias de ipse alaudibus quas Petrus Arnalli abebat in terminio castrum Caldariensi et in terminio villa Corneliane apud seniores mansione Ierossolimitane et Bernardus Raimundi et filiis suis. Ad ultimum, vero, transactas contenciones, ego prescriptus Bernardus et uxori meę nomine Guilie et filii nostri Petri et Ferrarii, prompto animo et bona voluntate, venimus ad talem pacem et concordiam ut laudamus et auctoridamus ipsas divissione vel evacuaciones quas facimus apud Petrum Arnatlli de ipsis alaudibus. Quos ipse alaudi abebat in terminio castrum Caldariens sive de villa que vocatur Corneliane, sicut resonat in cartula quam ei facimus. Nunc ergo nos prescripti diffinimus vel

evacuamus prefata omnia domino Deo et milicie Ierossolimitanę, in potestate Petrus de Ruiria et Berengarius Iuncherensis et Guillelmus de Canoves, ita quod nos vel nostri aut alicuius nostre persone¹ qui nominatam div[i]sionem² vel evacuacionem sepedicta mansione Ierosolimitane dirumpere vel inquietare v[o]luerit,³ minime illi liceat, set prefata mansione in duplo componat. Et in antea hec scriptura firma permaneat modo vel omnique tempore.

Actum est hoc XIII kalendas iulii, anno XVII regnante Ledovico rege iunioris.⁴

Sig+num Bernardi Raimundi, Sig+num Guilie, Sig+num Petri, Sig+num Ferrarii,⁵ Sig+num Guilie, Sig+num Estephanie, Sig+num Ermessendis, nos qui hoc laudamus et firmamus et subscriptis testibus firmare rogamus.

Sig+num Raimundi Arnalli de Villa de Cavalli, Sig+num Berengarii Raimundi de Comeles, Sig+num Babot de Plani, nos prescripti, cui[u]s⁶ presencia hoc fuit factum, laudamus et firmamus. Guillelmus presbiter, qui hoc audivi et manibus meis firmavi (*senyal*).

Ego Petrus le(*senyal*)vita, qui scripsit die et anno quod supra.⁷

1. *Segueix un traç sense cancel·lar.* 2. *Manca.* 3. *Manca.* 4. *o afegida a la interlínia.* 5. *Segueix Guilie, ratllat.* 6. *Manca.* 7. *Segueix HI, al marge inferior dret.*

973

1154, juny, 30

Convinença. *Arnau d'Oló i la seva esposa Beatriu ofereixen al monestir de l'Estany el seu fill Arnau amb la seva herència, bona part de la qual era disputada entre els donants i el monestir. A canvi, el monestir rep Arnau com a canonge i cedeix a Arnau d'Oló, de per vida, un molí a cens d'una quartera de blat.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 285, 226 × 346 mm. Bon estat de conservació.

Notum sit omnibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Arnaldus de Olone habui multas contenciones et placita de pluribus rebus cum priore Sancte Marie de Stagno et eiusdem ecclesie canonicis. Unde, consilio et laudamento quorundam proborum virorum clericorum et laicorum, videlicet domni Petri, Ausonensis sacriste, et Guillelmi Geralli, ipsius sedis canonici, et Petri de

Olone filii mei et Olivarii de Olone castellani, venimus ad finem et pacem et concordiam. Deinde vero ego iamdictus Arnallus de Olone et uxor mea Beatrix, bono animo et spontanea voluntate, donamus et offerimus domino Deo et ecclesie Sancte Marie de Stagno et ad regulam Sancti Augustini filium nostrum Arnallum, cum hereditate sua quam inferius nominabimus, ut ibi, divinis mancipatus officiis, omnipotenti Domino valeat servire. Primum namque, donamus¹ iamdictae ecclesie Sancte Marie, pro hereditate² filii nostri, ipsas baiulias ex quibus contendebamus cum priore ipsius ecclesie et suis canonicis. Et ipsum campum qui fuit Arnalli de Terraciola, per alodium francum eidem ecclesie donamus et convenimus ut faciamus eum firmare sine engan. Iterum donamus predictae ecclesie nostrum mansum de Rivo Petrarum cum omnibus suis pertinentiis. Et laudamus et concedimus eidem ecclesie medietatem totius mansi de Cantapassers quam iamdicta ecclesia ibi habebat; aliam vero medietatem ipsius mansi retinemus in dominium. Insuper autem, laudamus et concedimus et diffinimus ecclesiam Sancti Felicis de Terraciola cum universis suis directis et³ pertinentiis sepepredictae ecclesie Sancte Marie de Stagno et habitatoribus eius; et faciat eam cantare et illuminare et servire ad honorem Dei et ipsius ecclesie in perpetuum. Iterum autem, recognoscimus et donamus et laudamus et auctorizamus eidem ecclesie ipsum molendinum quem Bernardus de Aquilone dimisit et donavit ei per cartam et testamentum, sicut melius dici vel fieri potest, sic eidem ecclesie eum donamus et laudamus, cum omnibus suis pertinentiis, cum reg et capreg et resclosa et petris et lignis et cum omnibus ad eundem molendinum necessariis, tam in fevum quam in francum, sicut Bernardus de Aquilone et progenies sua melius tenuit et habuit. Insuper autem, ponimus domum nostram et nos et Petrum et Guillelmum filios nostros in gradum amicitie cum ecclesia Sancte Marie de Stagno et priore et clericis suis, ut simus semper eis fideles et adiutores de hoc quod modo habent et in antea nostro consilio adquisierint. Et ego Guillelmus, prior Sancte Marie de Stagno, et reliquus nostre ecclesie conventus, pro tanto beneficio accepto, recipimus eundem Arnallum filium vestrum in fratrem nostrum et canonicum; et ponimus insuper domum nostram in gradum amicitie cum domo vestra et filiis vestris, ut simus semper vobis fideles et adiutores de hoc quod modo habetis et in antea nostro consilio adquisieritis. Insuper autem, ego iamdictus Arnallus et filii mei convenimus ecclesie Sancte Marie et clericis suis quod si Guilabertus de Montar vel prior⁴ potuerit consequi

alodia de Terraciola per directum suum, ut habeat ipsa ecclesia in pace. Et ego Guillelmus, supranominatus prior,⁵ et clerici Sancte Marie assentimus tibi Arnalle de Olone et filio tuo, cui tu Holonem dimiseris post te, ipsum molendinum superius scriptum; et teneatis eum in vita vestra; et reddatis annuatim per recognitionem in festivitate Sancte Marie medio augusto I quarteriam frumenti nostre ecclesie. Post obitum vero vestrum, solide et libere, nostre ecclesie revertatur ad omnem voluntatem suam faciendam in perpetuum. Insuper autem, donamus ego iamdictus Arnallus de Olone et uxor mea et filii mei ipsas domos quas habemus in villa Vici, cum omnibus suis pertinentiis et affrontationibus, sicut in cartis nostris resonat.⁶ Si quis hoc dirumpere voluerit, agere non valeat, sed in duplum componat. Et insuper firmum permaneat omni tempore.

Quod est factum II kalendas iulii, anno XVIII regni regis Lodovici iunioris.

Sig+num Arnalli de Olone, Sig+num Beatricis uxoris eius, Sig+num Petri, Sig+num Guillelmi, Sig+num Arnalli, qui hoc facimus et firmamus firmarique rogamus.

Sig+num Olivarii de Olone. Signum Guillelmi*, Vicensis primicherii. Petrus*, Ausonensis episcopus (*senyal*). Scripta libens ista Petrus* confirmo sacrista. Guillelmi*, scriptis favei archidiaconus istis (*senyal*). Petrus*, adest testis confirmans scripta fidelis (*senyal*). Sig+num Guillelmi de Solario.

Raimundus sacerdos, qui hoc scripsit, cum litteris suprascriptis in VIII et XVII linea, die et anno quo (*senyal*) supra.

1. mus *afegit a la interlínia*. 2. *Manca*. 3. *directis et afegit a la interlínia*.
4. *vel prior afegit a la interlínia*. 5. *prior afegit a la interlínia*. 6. *Segueix et c, sense cancel·lar*.

1154, juliol, 4

Empenyorament. *Els esposos Guerau Martí i Rossa empenyoren a Pere Joan de Lampeiruna els molins de Camarasa, al Llobregat, per raó d'un deute de tres-cents morabatins. En pagament del deute, Guerau Martí es compromet a treballar al pont del Llobregat fins que estigui acabat.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 271 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 893), 126 × 187 mm. Bon estat de conservació.

Notum sit omnibus ominibus, tam presentibus quam et futuris, qualiter ego Pere Joan de Lampeiruna redimo ipsos molinos de Kamarasa de Gerall Marti et coniux eius Rossa, duo qui ibi sunt et duo qui fuerint facti ibi, et prestat ad illos, ad Gerall Marti et ad Rossa, CCC morabetinos. Et Gerall Marti et coniux eius Rossa mitunt in poder de Pere Johan et de ipso ponte de Lobregat ipsos molins de Kamarasa. Et Peiro Joan que teneat ipsos molins et abeat illos usque dum abeat recuperatos ipso[s]¹ CCC morabetinos ad suum placere de Pere Johan. Et Gerall Marti que stiat cotidie ad ipso ponte de Lobregat et faciat ipsa obra de ipso ponte senes engan; et non partat Gerall de ipso ponte exceptus consilio de Pere Johan. Et ipso espleto de ipsos molinos² vadat ad ipsum pont totum suum directum de Gerall Marti et de coniux eius Rossa. Et quando fuerit facta ipsa obra de ipso ponte, recuperet Gerall Marti et Rossa aut illorum proximis ipsos molinos. Et ipsum espletum de ipsos molinos vadat et veniat³ in poder de Gerall Marti.⁴

Facta carta IIII nonas iulii, anno M^oC^oL^oIII^o ab Incarnacione Domini.

Sig+num Gerall Marti, Sig+num Rossa, qui hoc suprascriptum firmaverunt et laudaverunt et mandaverunt firmare ad testibus.

Sig+num Berenger Joan, Sig+num Ramon de Codoz, Sign+um Pere Gerall, testes sunt.

Sig+num Raimundo Agela.

Raimundus sacer, rogatus scripsit sub (*senyal*) die et anno quo supra.

1. Manca. 2. *Segueix d, raspada.* 3. *Segueix d, raspada.* 4. Et ipsum espletum... in poder de Gerall Marti *escrit al text entre les subscripcions dels testimonis i la de Ramon Agela.*

975

1154, juliol, 5

Convinença. *Guillem de Torelló i el seu germà Bernat prometen a Bernat Gombau i al seu fill Bernat que, per la terra que tenen per ells i que fou de Brocard, Guillem i, després d'ell, Bernat seran homes solius seus.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 286a (*olim* arm. 9 Vic, sac G, núm. 261), 208 × 119 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta i d'alguns petits forats que afecten la part dreta del pergami.

A continuació de la convenença estan redactats els juraments de fidelitat de Guillem de Torelló i Bernat de Torelló. Vegeu els documents núms. 976 i 977.

Hęc est conveniencia que est facta inter Guillelmum de Torilione ac fratrem eius Bernardum et Bernardum Gonballi et filium eius Bernardum, seniores illorum. Convenimus nos predicti Guillelmus et Bernardus tibi Bernardo Gonballi atque Bernardo filio tuo ut pro ipsa terra que condam fuit cuiusdam Brocardi nomine, quam habemus per vos, ego iamdictus Guillelmus sim vester solidus et faciam vobis hostes et curtes [et] cavalcadas et placita; et audiuvem vobis tenere et defendere ac guerregare omnem vestrum honorem contra cunctos homines vel feminas cum nostro conducto, sicut fecit prephatus Brocardus Gonballo et antecessoribus vestris. Insuper ego Bernardus prenomminatus convenio vobis Bernardo Gonballi ac filio tuo Bernardo ut ubi prelibatus Guillelmus frater meus defuerit in vestro prelibato servicio, ego faciam illud vobis, ut supradictum est.

Quod est actum III nonas iulii, anno XVIII regni Ledovici regis iunioris.

Sig+num Guillelmi, Sig+num Bernardi fratris eius, qui hanc convenienciam facimus et firmamus.

Sig+num Bernardi Gonballi, Sig+num Bernardi eius filii, qui hoc laudamus et firmamus.

Guillelmus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

976

[1154, juliol, 5]

Jurament de fidelitat. *Guillem de Torelló jura fidelitat a Bernat Gom-bau i al seu fill Bernat.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 286b (*olim* arm. 9 Vic, sac G, núm. 261), 208 × 119 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta i d'alguns petits forats que afecten la part dreta del pergami.

Aquest jurament de fidelitat està redactat a continuació de la convenença corresponent i juntament amb un altre jurament de fidelitat. Vegeu els documents núms. 975 i 977.

Iuro ego Guillelmus tibi Bernardo Gonballi et filio tuo Bernardo quod de ista ora in antea sim vobis fidelis de vestro corpore et de omni vestro honore; et adiuvem vobis illum tenere et defendere contra cunctos homines vel feminas, sicut ego melius facere potero. Per Deum et hæc sancta.

977

[1154, juliol, 5]

Jurament de fidelitat. *Bernat de Torelló jura fidelitat a Bernat Gombau i al seu fill Bernat.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 286c (*olim* arm. 9 Vic, sac G, núm. 261), 208 × 119 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta i d'alguns petits forats que afecten la part dreta del pergami.

Aquest jurament de fidelitat està redactat a continuació de la convingença corresponent, juntament amb un altre jurament de fidelitat. Vegeu els documents núms. 975 i 976.

Iuro ego Bernardus tibi Bernardo Gonballi et filio tuo Bernardo quod de ista ora in antea sim vobis fidelis de vestro corpore et de omni vestro honore; et adiuvem vobis illum tenere et defendere contra cunctos homines vel feminas, sicut ego melius facere potero. Per Deum et hec sancta.

978

1154, agost, 18

Definició. *Arnau de Riera i els seus germans Bernat i Guillem renuncien a favor de Berenguer de Sant Vicenç, fratre templer, de Bernat d'Alzina i de la seva esposa Adelaida i d'Ermessenda d'Om i dels seus fills als drets sobre el mas Olivera, a canvi de trenta-cinc sous de Barcelona.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 272, 91 × 250 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quod ego Arnallus de Riera atque Bernardus et Guilmus fratres, per fidem rectam, dimitimus et difinimus et evacuamus omnem vocem nostram et quiquid iuste vocis nos abere dicebamus in illo manso¹ que vocant Olivera, cum suis pertinenciis que abent vel abere debent in cunctisque locis et cum ipsos arboribus de diversis generibus qui

ibi sunt et ipsos molendinos que nuncupant Blanceres cum suis pertinenciis atque necessaris, cum ipsum mansum qui est supra molendinis, cum suis pertinenciis et exitibus et regresibus² earum, sic nos dimitimus hoc quod superius resonat, sicut melius fuit Petrus Arnalli, qui est condam. Et hoc totum quod est prescriptum fecimus nos difinicionem atque evacuacionem tibi Berengarius Sancti Vincencii, frater de ipsa Cavaleria, cum Bernardus de Ulczina et uxori tue nomine Adaledis atque Ermesendis de Ulmo et filii eius atque proienie eius. Tali modo quod nec nos nec aliquis de nostris nec ullus omo vel femina per nos, per nostras voces, posit vel³ atdeat⁴ predictum honorem querere at⁵ inquietare vel conmovere ulterius. Quod qui fecerit, consequi non posit, sed in duplo componat. Et postea nostra difinicio firmum valorem semper habeat. Et pro hac difinicionem accepimus a te predictum Bernardus de Ulzina XXX^{ta} V solidos denariorum de monete Barchinona.⁶

Actum est hoc XV kalendas september, anno XVIII regnante Leovico iuniore.

Sig+num Arnalli, Sig+num Bernadi, Sig+num Guielmi, qui hanc difinicionem et evacuacionem fecimus, firmavimus firmarique rogavimus.

Sig+num Gonballi de Cords. Sig+num Berengarii. Sig+num Artalli de Callers.

Petrus presbiter, qui hoc scripsit die et anno.

1. m *corregeix* [et]. 2. gre *afegit a la interlínia*. 3. vel *afegit a la interlínia*. 4. *En lloc d'audeat*. 5. *En lloc d'ac*. 6. Et pro hac difinicionem ... denariorum de monete Barchinona *escrit al text entre les subscripcions dels autors i les dels testimonis*.

979

1154, agost, 23

Encomanament. *Beatriu i el seu fill Guillem de Creixell encomanen a Arnau de Palera el castell de Creixell i li donen el feu que havia tingut Pere Adalbert i altres béns. A canvi, Arnau de Palera els promet fidelitat i servei d'host i cavalcada.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 273a (*olim* arm. 4 Girona, sac M, núm. 594), 155 × 317 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació malgrat la presència d'un forat al marge esquerre del pergami.

En un pergami adicional de petites dimensions, cosit verticalment a aquest altre, consta el jurament de fidelitat d'Arnau de Palera. Vegeu el document núm. 980.

Conveniencia et dona[cio]¹ inter Beatricem et Guillelmum filium eius et Arnallum de Palera talia sunt: Donat namque predicta Beatrix et Guillelmus filius eius, videlicet de Crexel, Arnallo de Palera ipsum fevum quod Petrus Azalberti tenuit per fratrem suum Gauzbertum. Et insuper terciam partem de dominicatura quam habet Beatrix et Guillelmus filius eius, scilicet de Crexel, in fevis et baiuliis, a collo de Cruce in superioribus, per unam cavalleriam terre; excepto honore de Abella et exceptis suis alodiis et ea dominicatura de comite. Et donant ei terciam partem decimarum Sancti Felicis de Lotune quam tenet Petrus Segarii; et aliam cavalleriam in Ordeis quam tenet Petrus Ermedaldi; et ipsum fevum quod in parrochia Sancti Martini de Chexanos et in parrochia Sancti Mathei de Villa da Mires, excepto sua dominicatura q[u]am ibi habet. Et isti prenominati comandant eidem Arnallo de Palera ipsum castrum de Crexel in guarda et in castelania, tali quidem conventu ut Beatrix et filius eius Guillelmus de Crexel teneat ipsum [castr]um in estatica de Pascha usque in festivitate Sancti Michaelis, et Arnallus de Palera teneat in estatica ipsum castrum de festivitate Sancti Michaelis usque in Pasca. Et si erat opus illis supradictis ipsum [castrum in]² estatica Arnalli de Palera per guerram quam habent et querebant ab eo, liberet eis. Et si voluerint eodem tempore stare in suis domibus que sunt infra II portas, faciant. Et si in estatica [Beatricis et]³ filii eius Guillelmi de Crexel erat opus Arnallo de Palera ipsum castrum per guerram quam habet de honore suo, et Beatrix et Guillelmus filius eius non poterant ei directum ab inimicis suis acaptare, h[abeat]⁴ Arnallus de Palera in ipso castro intrare et exire et guerreiare contra suos inimicos. Et si Beatrix et Guillelmus filius eius voluerit ipsum castrum comandare, Arnallo de Palera custodiat ipsum castrum aut custodiri faciat; et ista estatica sic fiat inter ambos per omnes annos. Et propter hoc donum et comenda convenit Arnallus de Palera supradictis senioribus suis, quibus suis propriis manibus se comendavit, quod fidele sit eis de omni honore quem modo habent, vel homines per eos, et in antea per eius consilium abebunt; et de castro de Crexel; et donet eis potestatem de ipso castro per quantas vices ipsum quesierint per semedipsos vel per suum nuncium, ab forfeutura et sine forfeutura, nec se vetet eis in comoneri et videri. Iterum convenit Arnallus de Palera ut faciat eis curtes et cavalcades et ostes et placita et servicia de cavallis et mulis et guerres per

ipsum⁵ honorem de Crexel contra cunctos homines vel feminas qui eum honorem tollere eis voluerint, ad guarreiare cum eis et sine eis, secundum suum posse, sine engan; et treguam et pacem non habeat cum inimicis eorum ad dampnum illorum. Et ipsas ostes prenominatas faciat per suum corpus cum suo conducto et cum militibus de ipso honore qui inde debent facere ostes. Et in ipsas ostes ubi Arnallus de Palera non poterit esse per se, mittat unum bonum militem bene adobatum propter honorem Petri Azalberti. Et propter aliam dominicaturam suprascriptam prestet unum mulum⁶ aut cavallum recipientem. Et alii milites de ipso honore faciant ostes sicut debent. Et item convenit eis Arnallus de Palera ut non mittat castellanum in ipso castro nec donet de ipso honore sine illorum consilio. Hoc totum quod superius scriptum est, ita tenebo et attendam meo sciente; et si aliquid inde fregero postquam vos inde per vos aut per vestrum nuncium me requisieritis, si infra spacium triginta dierum non redirexero aut redirecte non affi[r]mabo⁷ per facere, deveniat honor in potestate vestra ad tenendum et expletendum donec malefacta sit redirecta aut per consilium aut per iudicium, facietis inde donari per directum.

Facta ista scriptura conveniencie X kalendas septembris, anno XVIII regni Ludovici regis iunioris.

Sig+num Beatricis. Sig+num Guillelmi filii eius.

Sig+num Azalberti de Cabaneles. Sig+num Bernardi de Sancto Mauricio. Sig+num Arnalli de Palera. Sig+num Guillelmi, fratris predicti Arnalli. Sig+num Arnalli de Sales. Sig+num Petri de Maiano.

Arnallus levita et monachus, hoc scripsit die (*senyal*) annoque prefixo.

1. Manca. 2. Interpretem un espai de set lletres, aproximadament, il-legible a causa d'un forat. 3. Interpretem un espai de set lletres, aproximadament, il-legible a causa d'un forat. 4. Interpretem un espai de cinc lletres, aproximadament, il-legible a causa d'un forat. 5. p corregeix b. 6. Segueix c, expuntuada. 7. Manca.

[1154, agost, 23]

Jurament de fidelitat. *Arnau de Palera jura fidelitat a Beatriu i al seu fill Guillem de Creixell.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 273b (43 × 191 mm.). Bon estat de conservació.

Pergamí de petites dimensions cosit al pergamí de la convinença feta entre Beatriu i el seu fill Guillem de Creixell i Arnau de Palera. Vegeu el document núm. 979.

Iuro ego Arnallus de Palerie, filius Guille femine, tibi Beatricis,¹ filia qui fuisti Sicardis femine, et tibi Guielmo de Crexel, filius Beatricis² femine, ut de ista ora in antea fidelis ero tibi de tua vita et de tuo corpore et de omnibus membris que in tuo corpore se tenent et de omni honore tuo quem hodie abes et in antea cum meo consilio adquisieris. Per Deum et hec sancta.

1. *La segona i corregeix e.* 2. *La segona i corregeix e.*

981

1154, agost, 25

Esponsalici. *Pere, anomenat Juliol, dóna a la seva esposa Ermengarda com a sponsalici la meitat de tot el que té a Sant Quirze.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 274 (*olim* arm. 9 Vic, sac G, núm. 259), 78 × 323 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Petrus, que vocant Juliol, per hanc kartam donationis, spontanea voluntate, dono tibi sponse mee nomine Ermengards et facio sponsalicio medietate ex mea honore que ego abeo et teneo et abere debeo in cunctis locis, in parroechia Sancti Quirici, cum terminis et affrontationibus, cum exiis atque regressiis suis. Tali modo sic dono tibi medietate predicta ab integra ex mea honore ut teneamus et abeamus insimul ambi dum vivamus; et post meum discessum, si obiero ego Petri prescripti ante te uxori mee predicte, remaneat tibi ipsa medietate predicta ab integra potentissime in diebus vite tue sine contrarietate ullius homo vel femina, cum prole et sine prole, cum marito et absque marito. Post obitum tuum, si abemus prolem legitimi de nos ambi creati, remaneat illi; sin autem, ad propinquis remaneat. Si quis hoc frangere voluerit, in duplo componat.

Actum est hoc VIII kalendas septembris, anno XVIII regni regis Ledovici iuniori.

Sig+num Petri, qui hoc donum vel sponsalicium facio et firmo firmarique rogo.

Sig+num Berengarii fratris eius, qui hoc laudo et firmo. Sig+num Ermesendi domina, mater eius.¹

Sig+num Raimundi faber. Sig+num Guillelmi de Combas.

Guillelmus presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo (*senyal*) supra.

1. Sig+num Ermesendi domina, mater eius *situat a continuació de les subscripcions dels dos testimonis.*

982

1154, octubre, 4

Inf feudació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, infeuda a Bonifaci de la Volta el castell de Flix, del qual es reserva dues terceres parts de les rendes. A canvi, Bonifaci li promet fidelitat.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 275 (*olim* arm. 3 Lleida, sac T, núm. 321), 221 × 262 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

In nomine Sancte Trinitatis. Ego Raimundus, gratia Dei comes Barchinonensis regnique princeps Aragonie et marchio Tortose, dono tibi fideli meo Bonefacio de la Volta illud castrum de Flix ad fevum, simul cum ipso senioratico et cum ipsis estachamentis et cum ipsa villa et terminis eius et cum omnibus sibi pertinentibus. Tali quoque modo ut habeas predictum castrum tu et omnis tua proenies per me et per omnes successores meos per fevum, ad fidelitatem et servicium meum et tocium mee posteritatis in perpetuum. Et quod dones michi potestatem de predicto castro, iratus vel pachatus, cum forfactura et sine forfactura, per quantas vices illud tibi requisiero per me aut per meum nuncium vel nuncios. Et quod bene custodias et gardes prephatum castrum sine engan. Et quod sis inde meus estadant de mea terra, de finibus scilicet Barchinone atque Tortuose et Ispanie. Retineo quoque mihi terciam partem de omnibus eximentis que inde exierint; duas vero partes tibi concedo. Supradictum autem castrum, cum omnibus sibi pertinentibus et cum omnibus estachamentis et placitis et usaticis, tibi et omni tue proeniei firmiter laudo et dono ad fevum, sub predicta condicione, sine aliqua fraude. Propter hoc quoque donum superius comprehensum convenio ego iamdictus Bonefacius tibi seniori meo Raimundo suprascripto quod sim tuus sine engan, sicut homo debet esse fidelis de suo seniore cui propriis manibus se comendat; et quod omnia suprascripta tibi¹ fideliter attendam sine aliqua fraude.

Signum+ Raimundi comes.

Quod est actum IIII nonas octobris, anno ab Incarnacione domini nostri Ihesu Christi millesimo CLIII.

Sig+num Guilelmi de Castel Vel. Sig+num Arberti fratris eius. Sig+num Guilelmi Sancti Martini. Sig+num Berengarii de Torroia. Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Guilelmi Obiloti.

Sig+num Poncii scribe qui hoc scripsit.

1. *Segueix* suprascripta, *ratllat*.

983

1154, octubre, 15

Empenyorament. *Bernat de Montesquiu empenyora a Pere Arnau de Cervera el castell de Montpaó per tres-cents morabatins.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 276 (*olim* arm. 18 Cervera, sac A, núm. 89), 124 × 267 mm. Bon estat de conservació.

In Christi nomine. Ego Bernardus de Mont Eschivo inpignoro tibi Petro Arnalli de Cervaria ipsum castrum de Monte Falcho cum omnibus tenedonibus et pertinentiis suis, sicut ego habeo vel habere debeo, sine engan. Tali pacto ut teneas et possideas et expletes usque ad festum Sancti Michaelis per CCC morabetinos quos tu mihi prestas, bonos Lupinos et Aiuds.¹ Istum supradictum castrum tibi inpignoro et tuis integriter, cum ingressibus et egressibus, potenter et secure. Et si in supradicto Sancti Michaelis festo non redimeris hoc pignus, non possit redimi nisi de festo in festum Sancti Michaelis. Et si isti morabetini defuerint, reddam tibi sine engan meliores morabetinos qui currerint in hac terra. Et si aliquid melioramentum feceris vel aliquod opus in ipso chastro vel in honore, ego reddam tibi missionem ad laudamentum duorum amicorum meorum, scilicet Raimundi de Cervaria et Berengarii de Torroga, et duorum amicorum tuorum, scilicet Berengarii de Frexaned et Guillelmi de Cervaria. Et si defuerint isti, reddam tibi istam missionem ad laudem proborum hominum et cuminalium. Et mando atque solvo Raimundi de Cervaria quod donec istum castrum sit in hoc pignore, donec isti CCC morabetini sint pagati. Et si aliquas missiones ibi feceris, totum quantum mihi debet facere atendat Petro Arnalli et suis, sine engan, preter hominum.

Factum est hoc anno Dominice Incarnacionis Christi M^oC^oL^oIII^o, anno X^oVIII^o regni Leovici regi iunioris, VIII^o idus october.

Signum+ Bernardi de Mont Eschiu, qui hoc inpingoro, firmo et testes firmare rogo. Signum+ Agnetis matris eius. Signum+ Saure uxoris eius.

Signum+ Bernardi de Rocha Fort. Signum+ Raimundi de Cervaria. Signum+ Guillelmus de Cervera.

Ioannes sacerdos, qui hoc scripsit et impressit (*senyal*) signum.

1. *En lloc d'Aiadinos.*

984

1154, novembre, 1. Barcelona

Convinença. *Guillem Fortuny promet a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, que complirà els acords sobre la senyoria de Vilafortuny que resultin de l'entrevista del comte amb l'arquebisbe de Tarragona i Robert Bordet o el seu fill.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 277, 87 × 256 mm.
Bon estat de conservació.

Omnibus sit notum quoniam ego Guillelmus Furtun convenio tibi Raimundo, comiti Barchinonensi, Aragonensium principi, quod quando te videbis cum archiepiscopo Terrachonensi et cum Roberto Terragonensi aut filio suo et michi mandaveris, tu vel ipsi aut unus ex illis supradictis, ego veniam ante vos et, sicut vos insimul concordaveritis aut aveneritis vos de ipso senioratico¹ de Villa Furtun,² ita ego complebo tibi et atendam sine ulla fraude et sine mendacio.


Facta convencionem apud Barchinonam, die festo Omnium Sanctorum, anno XVIII regni Ledovici iunioris.

Signum Guillelmi Furtuni, qui hanc convenienciam fecit et³ propria manu firmavit.

Signum Bernardi de Bellog, vicarii Barchinone. Signum Guillelmi de z'Eschala. Signum Bernardi Poncii. Signum Petri Arnal.

Signum Poncii scribe, qui hoc scripsit per mandatum Furtunii die et anno prescripto.

1. *Segueix de Vila, ratllat.* 2. *n corregeix [m].* 3. *et afegit a la interlínia.*



985

1154, novembre, 17

Debitori. *Guerau Martí reconeix que deu a Benet Aràbia trenta morabatins que promet que pagarà per Pasqua; dóna com a fiador Pere Ricard.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 278, 116 × 143 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta i d'alguns petits forats.

Sit notum cunctis quod ego Gerallus Martini debeo tibi Benedicto Arabia XXX morabetinos bonos Aiadinos in auro, sine engan, quos convenio tibi et tuis persolvere per bonam fidem, sine tuo engan, in prima ventura festivitate Paschali, ad tuum salvamentum, sine tuo engan. Et per quantum ex predicto debito tuo, per mortem seu per vitam vel alio quolibet modo in me falleris, dono inde tibi et tui[s ...]uium¹ datorem Petrum Ricardi, qui cum me et sine me predictos XXX morabetinos, bonos, Aiadinos, in auro, sine engan, aut tales pignoras de auro et argento aut de pannis, tibi donet, unde tuum debitum recuperare possis aut statim ibi manulevare, sine tuo engan. Ego vero Petrus Ricardi, qui hoc, ut superius dictum est, tibi Benedicto Arabia et tuis convenio attendere in predicto termino, sine tuo engan.

Actum est hoc XV kalendas decembris, anno XVIII regni Lodoyci iunioris.

Signum+ Geralli Martini, Signum+ Petri Ricardi, qui hoc laudamus et firmamus.

Signum+ Guillelmi pictoris. Signum+ Bernardi de Vico.

Sig+num Petri de Corron scriptoris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Espai de tres lletres, aproximadament, il·legible a causa d'un forat.

986

1154, novembre, 19

Execució testamentària. *Almodis, vescomtessa de Bas, en compliment del testament del seu marit Ponç de Cervera, declara exempts els habitants de Vallfogona del Ripollès de les mitgeres de blat que per mal ús pagava anualment cada mas. Rep a canvi tres-cents sous, moneda de Besalú i, el batlle de la comtessa, trenta sous pel redelme.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 279, 172 × 268 mm. Estat de conservació regular a causa de la mutilació de l'angle inferior dret.
- B Trasllat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, núm. 279 dupl., 103 × 377 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis viventibus quod ego Almodis, vicecomitissa Bassensis, pro remedio anime mariti mei Pontii de Cervaria, voluntate omnium filiorum meorum et consilio nobilium hominum meorum, dimitto in perpetuum omnibus hominibus qui sunt in parroechia Sancti Iuliani de Valle Fecunda illas migeras frumenti quas de singulis mansis per singulos annos in predicta parroechia quidam Bassenses vicecomites olim per malum usaticum et per malam aprisionem acceperant. Hanc vero dimissionem propterea facio quia iamdictus maritus meus Poncius de Cervaria in suo ultimo testamento, timore Dei, dimisit malos usaticos quos ipse vel antecessores sui in iamdicta parroechia vel in aliis locis miserant. De quibus omnibus, quia multo peiorem usaticum quam alios acceptionem supradicti frumenti esse cognovi, ideo sine ulla retencione dimisi. Et insuper pro hac dimissione ab hominibus supradicte parroechie accepi CCC^{os} solidos optime Bisildunensis monete, quos dedi in redemptione illius honoris de Maia, quem predictus Poncius de Cervaria maritus meus inpignoraverat; et baiulus meus, pro suo redécimo, habuit a supradictis hominibus XXX^a solidos eiusdem monete. Si quis vero contra hanc cartam dimissionis ad inrumpendum venerit, facere non valeat, sed in duplo componat. Et postea firma persistat.


Actum est hoc XIII kalendas decembris, anno XVIII regni regis Leudovici iunioris.

Sig+num Almodis vicecomitissae, Sig+num Ugoni filii eius, Sig+num Poncii filii eius, Sig+num Berengarii filii eius, qui hanc cartam fieri¹ iussimus aliosque firmare mandavimus.

Sig+num Guillelmi de Crexel. Sig+num Petri de Malanno. Sig+num Guillelmi de Guardia. Sig+num Geraldi de Casteio. Sig+num Guillelmi de Mont Ros. Sig+num Arnalli de Palera. Sig+num Ribotoni baiuli.

Iordanis levita scripsit hoc sub die et anno (*senyal*) quo sup[ra].²

1. hanc cartam fieri *escrit a sobre d'una raspadura*. 2. B acaba: Hoc est translatum.



1154, novembre, 29

Venda. *Ermessenda i la seva filla Arnaueta venen a Pere Ricard les cases que tenien per ell, situades al burg de Barcelona, a tocar del Castell Nou, pel preu de deu morabatins d'or. Exceptuen de la venda l'obrador, pel qual pagaran un mancús anual de cens.*

A ACA, Cancelleria. perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 280 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1002), 120 × 223 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 101.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 672. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 65. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 175.

Sit notum cunctis quod ego Ermessendis femina et filia mea Arnalleta vendimus tibi Petro Ricardi, domino nostro, illas domos nostras cum solis et suppraposittis et parietibus, excepto illum operatorium quem ibi retinemus, de quo annuatim dabimus tibi et tuis mancusum unum per censum denariorum monete curribilis Barchinone. Advenerunt quoque nobis supradicte domus per meum hedificium, et sunt in burgo Barchinone, ad ipsum Castrum Novum, in tuo alodio. Et terminantur ab oriente et ab occidente et a circio in domibus tuis et in orto tuo, a meridie in ipso operatorio nostro et in platea. Sicut ab istis terminis concluduntur et terminantur supradicte domus, sic cum ingressibus et egressibus integriter vendimus tibi et tuis per X morabetinos bonos aiadinos in auro, sine engan, ac de nostro iure in tuum tradimus eas dominium et potestatem ad tuam voluntatem faciendam sicut facere tibi placuerit. Si quis hoc fregerit supradicta in duplo componat. Et insuper maneat firmum.


Actum est hoc III kalendas decembris, anno XVIII regni Lodoyci iunioris.

Signum+ Ermessendis femine, Signum+ Arnalletate filie eius, que hoc laudamus et firmamus.

Signum+ Raimundi, Signum+ Bernardi, filiorum eius, Signum+ Guillelmi eius filius, qui hoc laudamus et firmamus.

Signum+ Petri de Sanauga. Signum+ Gregorii.

Sig+num Petri de Corron scriptoris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.



1154, desembre, 26

Esponsalici. *Guillem dóna a la seva esposa Guilla i als fills que puguin tenir plegats tota la seva herència paterna i materna situada al territori del castell de Gurb, a Sant Cristòfol de Vespella i a Sant Hipòlit de Voltregà.*

A [Original actualment no localitzat. Abans a l'ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 281, on ara una nota d'arxiver diu: "el pergamí 281 falta a la revisió de l'octubre de 1989"].

B Transcripció manuscrita realitzada el 1818 sota la direcció de Pròsper de Bofarull, inserida en el *Traslado de las escrituras en pergamino del XII^{mo} conde soberano de Barcelona el S^{or} Dⁿ Ramon Berenguer IV, que reinó desde el año 1131 hasta el de 1162*, núm. 281, ff. 144v-145r.

Publiquem la transcripció de Bofarull, tot respectant el text però adaptant les majúscules i la puntuació a les normes d'aquesta edició. Anotem, però, els canvis en les majúscules i suggerim sota la forma «possiblement...» algunes lectures alternatives a les de Bofarull.

In Christi nomine. Ego Guilelmi¹ dono ad conjux mea Guila ipsa mea hereditate que ego habeo vel habere debeo in cunctisque locis, tota ab integra, quo pater meus et mater² dimissit in suo testamento, sic dono ad conjux mea Guila per sponsalicio et ad infantes nostros qui de nos ambos esse procreatis; et si non habemus infantes legitimo³ remaneat ista honore ad Guila de vita sua de⁴ post obitu suo revertatur ad propinquis. Et quis hec est omnia in comitatu Ausona,⁵ infra kastrum Gurb et in parrochia⁶ Sancti Christofori et de Sancti Ipoliti. Et quis⁷ hoc frangere voluerit, agere non valeat, set in duplo componat.

Actum est hoc VII kalendas januaris,⁸ anno XVIII regni regis⁹ Leovici junioris.

Signum Guilelmi. Signum Pere fratri suo, qui hoc firmo et laudo.

Signum Bernad Berengario.

Guilelmus scripsit die qui primus linea littera superpositos et anno quo supra.¹⁰

1. *Possiblement en lloc de* Guilelmus. 2. *Bofarull*: Pater meus et Mater
3. *Possiblement en lloc de* legitimos. 4. *Possiblement en lloc de* sua et de. 5. *Bofarull*: ausona. *La fórmula no és l'habitual, possiblement en lloc d'*Et est hec omnia in comitatu Ausona. 6. *Bofarull*: Parrochia. 7. *Possiblement en lloc de* Si quis.
8. *Bofarull*: Januaris, *possiblement en lloc de* januarías. 9. *Bofarull*: Regni Regis.
10. *Possiblement en lloc de* Guilelmus scriptor, qui in prima linea litteras superposuit, die et anno quo supra.

1154. Tudela

Donació. *Sanç VI, rei de Pamplona, dóna a Ezo el castell i la vila de Pradilla de Ebro.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del final del segle XII o primer quart del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergams. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 282 (*olim* arm. 27 Tarassona, sac L, núm. 1), 230 × 441 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat que afecten la meitat inferior del pergami i n'han provocat l'exfoliació i la destrucció del marge.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Ego Sanctus, Dei gratia Pampilonensium rex, facio hanc cartam donacionis et confirmacionis vobis don Ezo. Placuit mihi libenti animo et spontanea voluntate, propter multa bona servicia que mihi fecistis et cotidie facitis, dono vobis et concedo per ereditatem Patriella cum toto suo termino, castellum et villam, homnia quantum ibi pertinere debet, in eremo et in populato, scilicet cum montibus, cum rivis, cum pascuis, cum molendinis, cum suas aquas, cum suas intratas et cum suas exitas. Hoc donum, sicut superius scriptum est, abeatis et possideatis vos et filii vestri et homnis ieneracio vel posteritas vestra, salva et franca et libera et inienua, per vendere et per donare et per impignorare et per facere inde homnem vestram voluntatem per secula cunta, salva mea fidelitate et de homni mea posteritate, per secula cunta.

Signum regis (*senyal*) Sancii.

Facta c[arta] in villa que vocatur Tutela, era M^a C^a LXXXII^a, regnante me, Dei gratia rex, in Pampilona et in Alaba et in Bizcaia et in Ipuzca. Episcopus Lupus in Pampilona. Guillelmus Aznarez in Sangossa. Martin de Lefet in Petra Alta. Semen Aznarez in Tafalla. Don Rodrigo in Estella et in Tutela. Don Gunzalbo in Ablitas, don Enneco in Funes. Don Aznar in Balterra.

Testes: don Petro de Arazuri, don Elias.

Iohannes scribano.

1155, gener, 11

Definició. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, declara alodials tots els béns, actuals i futurs, del prior de Sant Jaume de Frontanyà.*

- A Fals del segle xv. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 288, 289 × 219 mm. Document en paper. Estat de conservació regular a causa de l'enfosquiment com a conseqüència de la humitat i de la cola que es va fer servir per enganxar, al verso, un altre paper que serveix de suport.

A continuació del text de la donació es va copiar la confirmació que Ramon Roger de Pallars, senyor de Mataplana, va fer de la donació feta per Hug Dalmau a l'església de Sant Jaume de Frontanyà de la jurisdicció civil i criminal de tota l'honor del seu priorat. Al dors hi ha una nota del segle xv, la lectura íntegra de la qual és impossible de fer perquè està en part tapada pel paper que serveix de suport. Aquest document i la notícia dorsal els reproduïm a les notes.

In nomine Domini amen. Nos Raimundus¹ Berengarius, comes Barchinone et dominus de Ripoll, attendens tanta merita scilicet in ecclesia Beato Iacobo Frontinianensi, ad honorem domino Deo et iamdicto Beato Iacobo et ad lucrandum tanta merita et ad prestandum honorem et servicia, ideo, cum Deo bona et voluntas, alodiamus, relaxamus et aleramus omnes mansos, alodios, homines et mulieres que nunc tenet vel pro tempore tenuerit reverendus prior scilicet Beati Iacobi Ffrontinianensi inffra terminos nostros Rivipullenses. Et si aliquis dominus vel feudetarius de suo proprio mansos vel honores aut homines adlaudem Beati Iacobi dare, prestare voluerat inffra terminos iamdictos, ipsos relaxamus et alodiamus cum omni dominio ad laudem Beati Iacobi. Et si dictus prior aut successores suos casas, casalibus inffra dictum terminum seu populacionem de Riupoll emere, tenere voluerit, in suas domos vel hospicio dominus permaneat et cum inffançonía ipsum hospicium ad suum proprium adlaudem teneat² et non sit ullus dominus neque baiulus ex omnes qui sint in servissio aut dominio ipsius prioris, tam homines quam mulieres, stantes, servientes, venientes et iterantes, in domo vel hospicio iamdicto prioris nullus se audeat intromittere nec detractare. Et si alicuius tumultus habuerit, ut non sit delatus a morte in domo ipsius prioris, salvus permaneat; et de ipso vel ipsis reverendus prior cognoscat. Similiter promittimus, per nos et successores nostros, adlaudem Beati Iacobi, quod si alicuius potens aut simplex ipsum priorem aut prioratum detractare voluerit aut depredare, brachium nostrum promittimus prestare et cum dicto termino adiuvaré et deffendere, per nos et successores nostros, quantum ad hec usque ad fines mundi.

Fuit facta carta ista donacionis IIII ydus ianuarii, anno M^oCLV^o.

Sig+num Raymundus Berengarii comes predictus, qui ista donacione firmamus testibusque in ea mandamus.

Nobilis Ugo de Mataplana, Ermengaudus d'Urgell et Romeus d'Emveg et Petrus sa Riera et Iacobus de la Forsa et Guillelmus Guiffre, milites.³

1. Raimundus *afegit a la interlínia.* 2. teneat *afegit a la interlínia.* 3. *Segueix la transcripció de la confirmació de Ramon Roger de Pallars:* In Dei nomine. Sit omnibus manifestum quod nos Raymundus Rogerii de Pallars, dominus de Mataplana, attendens et videns per quoddam instrumentum seu cartam quo predecessores nostros in aliquo iure, sub certo pacto aut animo tenere aut prestare adiuvamus ad reverendum priorem Sancti Iacobi aut prioratum, et occuparet in parte iurisdictionem criminalem quasi asserent ipsum terminum aut honorem fore fundatum infra limites et honorem de Mataplana, cuius terminio aut honore est in comitatu Berguitanensi. Idcirco, veniens ad nos Raymundus Petrus Treballa, prior Sancti Iacobi, cum quodam instrumento firmissimo a predecessoribus nostris antiquissimis, scilicet Hugo, prole Dalmacii, et testamento patrique suo, dantes, affirmantes totum terminum aut honorem, cum omni dominio et potestate, tam civili quam criminali. Et nos, videns a predecessores nostros tanta karitas ordinarent et qui contra eorum voluntas venirent iram Dei imponent, quod absit, de cetero a dicto prioratu vel termino nichil entendimus exigere nec procurare nec ull[o] homo infra terminum nec in aliquo intrmittere, nisi tantum si opportunitas fuerit ad defendendum ipsum priorem aut prioratum si ipsum [adiuvacione] pecierit; et hoc propter dominum Deum et sanctum Iacobum et amore predecessorum nostrorum, qui ipsum monasterium hornarunt et honores cum suo termino dederint. Et in antea, si casus contigerit quod nullus impediatur aut acerseatur, non valeat, sed excommunicatus permaneat et in cadroplum puniatur. Et nos predictus Raymundus Rogerius, per nos et heredes nostros, relaxamus omnia [iurisdictiones] quas habemus et affirmamus ad dictum priorem omnis iurisdiccio et potestate et successores suos ad imperpetuum. Quod fuit actum quarto idus iunii, anno Domini M^o trecentesimo tricesimo tercio. Sig+num nostri Raymundi Rogerii de Pallars, domini de Mataplana predicti, qui hec laudamus et firmamus. Testes huius rey sunt: Guillelmus de Vila Corba, Guillelmus de villa de Lillet, Petrus de Podio, capellanus de Rus, Ffranciscus de Monte Claro et Guillelmus de Pardinella, de honore de Mataplana. *Reproduïm a continuació la notícia dorsal:* Molt honorabla sèyer. Prech-vos ayats memòria de encertar ab singulars amichs vostres, axí juristes quom notaris, en lo fet de lles presens quartes, les quals són molt entiges, molt més la del quomta de Barçalonga, però en lo fet del testimonis diu a tots *signa tal.* E si res trobau en l'arxiu, preneu sment si i axiria donació ho testament de quomta o quomtes qui parlen de donacions de Ripol ho de Sent Jachma ho de Sent Lorens ho de Sent Miquel de Quuxà, quar en les més donacions que jo trop ni testaments, quom los quomtes ho lexaven, hordonaven los dots a Sent Jachme e ha Ripol, e per horda. E hi són tots los desús dits anomenats en tot sò que jo tinch e jurech que tal serà alà [...]. Axí matex, vos plàcia de saber la quarta jussana del quomta de Palàs, si basta a la jurisdichció; la qual fou feta après d'un pachta ho avinensa que féu per anamichs n'Ugo, avin ho para d'en Roger de Pallàs, qui féu la present quarta, per sò quom altro prior vench qui trobà la frau. E reques-lo [...] en feu la present a vós [...].

1155, maig, 29

Convinença. *Guillem Ramon, senescal, dóna a Bertran de Bell-lloc l'església de Llerona i l'alou d'Imbla. A canvi, Pere Bertran li promet fidelitat i servei.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 289, 170 × 271 mm. Bon estat de conservació.

Hec est conveniencia que est facta inter Guillelmum Raimundi senescalc et Petrum Bertrandi de Bellog. In primis, dono ego prenominatus Guillelmus Raimundi tibi prephato Petro Bertrandi ipsam ecclesiam de Lorona, sicut melius tenuit eam et habuit Arnallus Griberti per patrem meum Guillelmum Raimundi et per me. Similiter dono tibi totum ipsum alodium de Imbla, sicut predictus Arnallus Griberti melius habuit illud et tenuit per patrem meum vel per me. Tali quoque modo hoc totum tibi dono ut habeas et teneas hoc totum per me, ad meum servicium et successorum meorum. Et propter hoc donum superius comprehensum, convenio ego Petrus Bertrandi tibi Guillelmo Raimundi ut sim propter hoc tuus. Et si habueris guerram de tuo honore et nominatim de Montcada, valeam tibi cum castro de Bellog contra omnes homines et feminas qui tibi illum tollent aut aliquid inde tibi tollere vellent, per fidem, sine engan. Et quod inde posses guerreiare et intrare et exire de castro videlicet de Bellog contra omnes qui prephatum honorem tibi auferre temptarent aut aliquid inde. Et quod sim tibi fidelis de corpore tuo et de honore tuo. Et quod faciam tibi ostes de duobus militibus cum eorum cibo;¹ et faciam tibi cavalcadas et cortes et placitos et seguimentos, sicut homo debet facere suo bono seniori, per fidem, sine ullo engan. Et insuper, convenio tibi seniori meo Guillelmo Raimundi quod dimitam predictum fevum illi filio meo qui habuerit castrum de Bellog, qui hanc eandem convenienciam tibi fideliter faciat et attendat sine tuo engan. Si quis hoc disrumpere temptaverit, in duplo componat. Et postmodum hoc permaneat firmum omni tempore.

Facta ista carta IIII kalendas iunii, anno ab Incarnacione Domini millesimo CLV regnique Ledovici iunioris XVIII.

Sig+num Guillelmi Raimundi senescalc. Sig+num Guillelmi de Montcada filii eius. Sig+num Otonis.

Sig+num Petri Bertrandi de Bellog. Sig+num Bernardi de Bellog. Sig+num Petri de Bellog.

Sig+num Poncii, scribe comitis, qui hoc scripsit die et anno prescripto, suprascriptis literis in linea VIII^a.

1. cum eorum cibo *afegit a la interlínia*.

1155, maig, 31

Convinença. *Guillem Ramon, senescal, i el seu fill Guillem de Montcada encomanen a Ramon de Castellet el castell de Vacarisses i li donen tots els feus que tenia Arbert Miró. A canvi, Ramon de Castellet promet que serà home soliu seu.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 284, 157 × 215 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior: Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta i d'un forat a l'angle superior esquerre del pergamí.

Hec est co[n]venientia] que est facta inter Guillelmum Raimundi dapiferum eiusque filium Guillelmum de Monte Catano et Raimundum de Castelleto, que convenie[n]cia talis] est: Comendant namque Guillelmus Raimundi prescriptus et filius eius Guillelmus ipsum castrum de Vacharizes ad Raimundum de Castelleto et donant [...]¹ fevos totos quod Arbertus Mironis tenebat ad diem qua mortuus fuit. Id sunt fevos: ecclesiam de Rivo Linars; et quartam partem ecclesię Sancti Felicis de Vacherices; et fevum de Bonastre; et ecclesiam Sancte Gracie; et decimas de Buscheto; et fevum de Villa de Ulmis; et medietatem de decimis de montibus; et ipsas taschas quas tenebat Arbertus Mironis per fevum in cunctis locis; et terciam partem de placitis; et censum de carne, id sunt, pernas et moltos et agnos et gallinas et kapons, sicut tenebat et habebat Arbertus Mironis per fevum; et donant ei civatas de ipsis iovers et chintes III; et de exades chintam I et mediam; et de laboratoribus qui laborant in Vacherices, qui non habent ibi mansum, donent de civada sicut bene fiat; et ipsam staticam sicut habebat Arbertus Mironis. Propter hoc quod superius scriptum est, convenit Raimundus de Castelleto ad Guillelmum Raimundi dapiferum prescriptum et ad filium suum Guillelmum de Mon[te] Catano, senioribus suis, ut fiat suus solidus sicut homo debet esse de suo meliori seniore; et faciat Raimundus prescriptus ad Guillelmum Raimundi et ad filium suum Guillelmum ostes de suo corpore cum duobus militibus, cum suo conducto de Raimundo; et faciat eis cavalcades et² curia, placita et sequimenta et alia servicia infra patriam, sicut homo debet facere suo meliori seniore; et fiat illis Raimundus adiutor ad tenere et habere atque deffendere sive guerreiare omnem illorum honorem quem hodie habent et in antea adquisierint cum suo consilio.

Actum [est] hoc II kalendas iunii, anno XVIII regni Lodoyci iunioris.

Sig+num Guillelmi Raimundi dapiferi, Signum+ Guillelmi de Monte Catano filii eius, Signum+ Raimundi de Castelleto, qui hoc laudamus et firmamus firmarique rogamus.

Signum+ Bertrandi de Castelleto. Signum+ Arberti de Castelleto. Sig+num Bernardi de Vilar. Signum+ Petri de Sancto Minato.

Sig+num Petri de Corron scriptoris, qui hoc scripsit, cum litteris supraposittis in linea XII^a, die et anno quo supra.

1. *Espai de cinc lletres, aproximadament, il·legible a causa d'un forat.* 2. *calcades et afegit a la interlínia.*

993

1155, juny, 5

Testament. *Ramon d'Olost atorga testament. Fa diversos llegats al monestir de l'Estany i a altres institucions eclesiàstiques, deixa les seves armes a l'orde del Temple i els seus feus i béns a diversos parents i feudataris.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 283, 198 × 394 mm. Estat de conservació regular a causa de la presència de diverses taques.

Propter peccatum primi hominis nullus potest evadere debitum mortis. Idcirco ego, Raimundus de Olost, in Dei eterni nomine, facio meum breve testamentum. Et eligo manumissores meos, priorem scilicet Sanctę Marię Stagni Arnallumque de Gurbo et Arnallum de Solario necnon et Berengarium de Avinione, filium Bernardi Petri, atque Petrum Udalgarii, ut ipsi distribuant omnia mea si ante obiero quam alium testamentum fecissem, sicut inferius invenerint scripta. Primum namque dimitto corpus meum domino Deo et Sanctę Marię Stagni ad tumulandum et animam meam sub eius protectione, ut ubicumque ego obiero, unde ipsius ecclesie protectores me adferre poterint, ad sepeliendum ibi adducant. Et dimitto ibi, propter indulgentiam peccatorum meorum et patris mei vel matris omniumque parentum meorum, alodium meum de Felgars cum omnibus censibus, usibus et baiuliis que ibi habeo vel habere debeo. Et dimitto alodium Taurelionis ut est scriptum in testamento patris mei. Et dimitto Sanctę Marię iamdictę alodium quod habeo in Avinione ab integro et mansos de Mathamala et

alodium de Charaull et de Pareds Altes, cum manso de Villa Sicca, quod pater meus ibi dimisit, ea vero condicione ut cotidie dicatur missam defunctorum a senioribus loci pro anima mea omni tempore, et sit Deus iudex inter me et illos. Et dimito ad opera Sanctę Marię de Olost mansum de Munteiano cum omne que ibi habeo vel habere debeo; et baiulia que habeo in manso de Riera; et campum de Graner, sicut est scriptum in testamento patris mei, ut semper sit dominicum alodium Sanctę Marię iamdictę, sine vinculo ullius hominis vel feminę. Et dimito ad lumen Sancti Iohannis de Olost mansum de Cudinags cum omne qua ibi habeo vel habere debeo. Et dimitto ad opera Sancti Petri Vici et Sanctę Marię mansum de Terrichabres¹ et de Mal Niz per medium, sine ullo retentu. Et dimitto Sanctę Marię Rivipolli mansum de Pug de Ollens cum omne quod ibi habere debeo. Et dimitto Ospitali Iherusalem mansum de Ulmo, qui est in Oristano, sine ullo retentu. Et dimitto Sancto Yacobo Frontiniani hoc quod abeo in Alodelles et in Salto, in dominico que est in Oristano. Et dimitto ad lumen Sancti Andree Oristani hoc quod habeo in Terrers. Et dimitto ad opera Sancti Petri de Felgars mansum de Coma, in quo Arnallus habitat. Et dimitto ad opera Sancti Iohannis de Avinione vineas que Arnallus Roter tenet pro me. Et dimitto Sanctę Marię Stagni mansum de Solacrup, qui dicitur de Corregons, pro emendatione de iamdicto manso de Coma et de iamdictas vineas. Et dimitto ad Militiam Iherusalem meam loriam et espazam meliorem et balistas et quadrellos et omnes armas meas. Et dimitto Bernardo de Gurbo pignus quod de eo teneo. Et dimitto Bernardo de Rivo de Peres fevos quos tenet me et fabricas de Gurbo et feu quod tenet pro me Raimundus de Pug Pardines, ut ita teneat per illum. Et dimitto Guilaberto de Centeies² kastrum de Olone cum omnibus fevis que ibi habeo et militibus, sicut ego modo teneo. Et dimitto Guielmo de Concha Bella,³ nepoti meo, kastrum de Criolla, quem teneo pro Raimundo de Cervaria, et honorem quem teneo in Ilerda pro domino meo chomithę. Et dimitto Sanctę Marię de Olost mansum de Solacrup sine ullo retentu, pro debitum quod ibi debebam ad opera eiusdem. Et dimitto mansum de Archinads in pignora ad Bernardum monachum pro LXX^a solidis. Et dimitto in pignora⁴ decimum de Olost pro CCCC^{os}LIIII^{or} solidis quos debeo ad Rutilandum de Olost et pro C solidis quos debeo ad Berengarium fratrem eius, ut ipsi teneant eum in pignora. Et dimitto Arnallo de Gurbo fevum quod tenet Olivarius de Taradell pro me, ut ita teneat per illum. Et dimitto ad Guielmum de Guardia kastrum de

Olost et kastrum de Avinione, cum militibus et fevibus et alodibus et baiuliis qua habeo vel habere debeo in cunctis locis, exceptus hoc quod supradictum est et dimissum, sicut superius resonat. Et dimitto omnem supradictum honorem ab integro in manu et in potestate matris meę, ut teneat eum et possideat potenter in vita sua, seculariter vel regulariter; et post obitum eius, remaneat sicut supradictum est. Et Guielmus de Guardia persolvat meos debitos. Hoc totum remaneat in baiulia Dei omnipotentis et avunculi mei Petri Berengarii ac meis hominibus. Si quis hoc testamentum violare temptaverit, in duplo componat. Et postea firmiter teneatur.

Quod est actum nonas iunii, anno XVIII regnante Lezoycho rege iunior.⁵

Guillelmus* prior (*senyal*).

Sig+num Raimundi de Olost, qui hoc testamentum iussi scribi et testibus firmari precepi.

Sig+num Raimundi Berengarii de Olost. Sig+num Arnalli de Gurbo. Sig+num Arnalli de Solario. Sig+num Berengarii de Avinione. Sig+num Petri Udalgaris. Sig+num Berengari de Olost. Sig+num Rutilandi. Sig+num Arnalli de Tornamira. Sig+num domina Ermengards.

Gerallus presbiter, qui hoc scripsit, cum literis dampnatis in XIII^a linea et suprascriptis in XV et dampnatis in XVI, sub die et anno (*senyal*) quo supra.

1. b *corregeix* p. 2. *Segueix* kastrum de Cirolla quem teneo pro Raimundo de Cervaria et honorem quem habeo in Lerita pro domino meo chomite, *ratllat*. 3. de Concha Bella *afegit a la interlínia*. 4. *Segueix d'Olost, ratllat*. 5. Si quis hoc testamentum ... Lezoycho rege iunior *escrit en el text després de la signatura de Guillem*.

994

1155, agost, 18

Esponsalici. *Amiguet dóna a la seva esposa Berenguera, com a esponsalici, els drets sobre el mas de Luganela, l'alou que Guillem de Sant Martí li donà al terme del castell de Sant Martí Sarroca, amb les cases que té en aquest lloc, i l'honor que té a Morenes.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 287a, 193 x 305 mm. Bon estat de conservació.

A continuació de l'esponsalici es va redactar la convenença feta entre les parts. Vegeu el doc. núm. 995.

In Christi nomine. Ego Amigetus donatur sum tibi coniugi meę Berengarie. Per hanc scripturam donationis meę dono tibi omnia mea directa que habeo et habere debeo in ipso manso de Luganela. Et in alio loco, tibi omnem meum alodium quod Guillelmus Sancti Martini per omnia loca mihi dedit infra terminum castri Sancti Martini, quantum in eo habeo et habere debeo, tibi dono. Dono etiam tibi ipsas meas domos quas habeo in ipso castro eodem Sancti Martini. Item dono tibi in alio loco omnem meum honorem quem habeo et habere debeo in Morenes. Hec omnia iamdicta dono tibi in perpetuum sponsaliciam,¹ tali pacto ut habeas et teneas mecum omnibus diebus vite tue et meę ea, sicut superius scripta sunt. Et si ego obiero et remanebunt filii de me in te procreati, remaneant omnia iamdicta eis. Si vero, quod absit, s[u]perstes² non fuerint, teneas tu omnia iamdicta secure et quiete, ut melius habeo et habere debeo, omnibus diebus vite tue; post obitum tuum, revertantur propinquis meis vel cui ego dare vel dimittere voluero. Si aliquis hoc infringere voluerit, in duplo componat. Et postmodum hoc maneat firmum.

Actum est hoc X^oV^o kalendas septembris, anno X^oVIII^o regnante Ledoyco rege iuniore.

Signum+ Amigeti, qui hoc donum facio, firmo et testes firmare rogo.

Signum+ Petri de Puiol. Signum+ Arnalli de Puiol. Signum+ Berengarii de Torron. Signum+ Petri de Luganela. Signum+ Martini de Morenes. Sig+num Gacula*.

Signum+ Raimundi levite, qui hoc scripsit, cum litteris suprapositis in linea IIII^a, die et anno quo supra.

1. in perpetuum sponsaliciam *afegit a la interlínia.* 2. *Manca.*

995

1155, agost, 18

Convinença. *Els esposos Pere de Pujol i Ramona i Amiguet i Berenguer es prometen mútuament que es deixaran sempre que els calgui el document de la donació de l'honor que els féu Guillem de Sant Martí.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 287b, 193 × 305 mm. Bon estat de conservació.

Aquesta convinença està escrita a continuació de l'esponsalici fet per Amiguet a la seva esposa Berenguera. Vegeu el document núm. 994.

Hęc sunt conveniencie que sunt facte inter Petrum de Puiol et uxorem eius Raimundam¹ et Amigetum atque uxorem suam Berengariam super quadam carta illius honoris, videlicet quem Guillelmus Sancti Martini per omnia loca eis dedit infra terminum castri Sancti Martini. Convenio ego Petrus iamdictus de Puiol et uxor mea iamdicta tibi Amigeto et uxori tue Berengarie ut reddamus vobis predictam cartam honoris iamdicti per quantascumque vices vobis necessaria fuerit. Eandem convenienciam ego Amigetus et uxor mea iamdicta tibi Petro de Puiol et uxori tue facimus.

Actum est hoc X^oV^o kalendas septembris, anno X^oVIII^o regnante Leoyco rege iuniore.

Signum+ Petri de Puiol, Signum+ Raimunde eius uxoris, Signum+ Amigeti, Signum+ Berengarie uxoris eius, nos qui hanc convenienciam laudamus et firmamus et testes firmare rogamus.

Signum+ Arnaldi de Puiol. Signum+ Petri de ipsa Ruvira.

Signum+ Raimundi levite, qui hoc scripsit, cum litteris suprapositis in linea I^a, die et anno quo supra.

1. Raimundam *afegit sobre la primera línia.*

996

1156, gener, 15. Montpeller

Lliurament com a hostatge. *Lope, bisbe de Pamplona, com a garant de les treves signades entre Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, i Sanç VI, rei de Pamplona, en haver trencat aquestes treves, es constitueix com a hostatge del comte, a Montpeller.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 297 (*olim* arm. 17 Aragó, sac C, núm. 319), 385 × 158 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' Còpia coetània. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 297 dupl. (*olim* arm. 17 Aragó, sac C, núm. 322), 241 × 167 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

Notum sit omnibus quod ego Lupus, Pampilonensis episcopus, propter plurima malefacta et dampna¹ que iniuste et sub tregua fuerant facta a Sancio, rege Navarre, et ab hominibus eius comiti Barchinonensi et Aragonensium principi in regno Aragonensi, videns dampna et pericula que propter hoc iminebant terre Navarre, precibus et mandato predicti regis ac nobilium virorum terre illius, intravi in ostatico et in manu iamdicti comitis pro redirigendis

et restituendis omnibus dampnis et malefactis que, post datam treguam, supradictus rex et sui comiti Barchinonensi et suis in terra eius intulerant. Et conveni ei, sub fide et ordine meo, ne ab eius potestate aliquo modo discederem absque eius licencia vel permissione donec omnia supradicta malefacta in integrum ei restituerentur. Tandem, quia visum est comiti quod pacta que facta fuerant sibi secundum tenorem rei non implebantur, domino Pape super me suam querimoniam fecit. Dominus vero Papa per literas suas mihi mandavit quatenus iudicio Terrachonensis archiepiscopi ac Ilerdensis episcopi, sicut conveniam comiti, ita sibi atenderem et complerem. Visis itaque literis domini Pape, ego Lupus, Pampilonensis episcopus, ad dominum comitem Barchinonensem, ad Montem Pessulanum, sine mora perveni. Ibiq̄ue, recognoscens me supradictum sibi fecisse ostaticum, misi me ipsum in potestate sua per ostaticum et conveni ei in osculo pacis, sub fide et ordine meo, ne de manu vel potestate sua aliquo modo exirem sine sua licencia; etsi quandoque ipse mihi daret licenciam exeundi, redirem et starem in sua potestate quocienscumque ipse mihi mandaret, per se vel per nuncium aut nuncios suos. Et ut hoc totum firmius ei atenderem et complerem, feci hoc totum domino comiti convenire dominum meum Terrachonensem archiepiscopum et Guillelmum, Barchinonensem episcopum, et Artallum, Helenensem episcopum, concedens in hoc negocio dominum Papam iamdicto comiti etiam choadiutorem.

Et hoc totum fuit factum apud Montem Pessulanum in presencia predictorum episcoporum et Guillelmi Montis Pessulani atque Guillelmi Raimundi Raimundi² dapiferi, et Guillelmi de Castro Vetulo ac Bernardi de Bello Loco, et Raimundi de Podio Alto et Berengarii de Turre Rubea, et Arnalli de Lercio ac Raimundi de Villa de Mulis,³ atque Arberti de Castro Vetulo et Artalli de Castro Novo, et aliorum plurimorum nobilium virorum, anno ab Incarnacione Domini millesimo C LVI, XVIII kalendas februarii.⁴

Sig+num Lupi*, Pampilonensis episcopi. Sig+num Bernardi*, Tarrachonensis archiepiscopi. S+ignum Guillelmi*, Barchinonensis episcopi +. + Artalli*, Helenensis episcopi. (*Senyal*) Raimundi*, abbatis Sancti Rufi.

Sig+num Guillelmi Montis Pessulani. Sig+num Guillelmi Raimundi dapiferi. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. Sig+num Bernardi de Bello Loco. Sig+num Raimundi de Podio Alto. Sig+num Berengarii de Turre Rubea.⁵ Sig+num Arnalli de Lercio.

Sig+num Raimundi de Villa de Mulis. Sig+num Arberti de Castro Vetulo. Sig+num Artalli de Castro Novo.⁶

Sig+num Poncii scribe, qui hoc scripsit.

1. p afegit a la interlínia. 2. Raimundi repetit. 3. s corregeix r. 4. Segueix S, sense cancel·lar. 5. bea afegit a la interlínia. 6. Castro Vetulo A; que altera l'ordre de les signatures dels eclesiàstics i nobles.

997

1156, gener

Debitori. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, reconeix que deu a Guilhem Leteric quatre mil vuit-cents morabatins de barba roja, dels quals n'ha de pagar dos mil dels diners que reculli de la primera paria de gener; pel que fa a la resta, lliura al creditor la meitat de les seves rendes. Promet que pagarà tot el deute abans de Pasqua i posa com a fiador el senescal Guillem Ramon, que promet que, si no es compleix el pagament, tornarà a Montpeller com a hostatge i s'hi estarà fins que no s'hagi pagat el deute.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 296 (olim arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 592), 295 × 182 mm. Bon estat de conservació.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 176.

In nomine Domini. Anno eiusdem Incarnationis M C LVI, mense ianuarii. Ego Raimundus, comes Barchinone et princeps Arogoni,¹ scio et in veritate recognosco quod ego debeo tibi Guillelmo Leterico et tuis IIII milia et DCC morabetinos de barba rubea, bonos et de legali pondere, de quibus debeo tibi vel mandatario tuo modo in presenti persolvere et paccare de hac prima paria ianuarii duo milia morabetinos de prioribus qui inde exierint. Et pro duo milia et DCC morabetinis qui remanent, dabo tibi vel tuis medietatem omnium reddituum² et exituum que michi aliquomodo deinceps exierint tamdiu donec illos duo milia et DCC morabetinos persolutos et paccatos inde tibi vel tuis habeam, sine tuo tuorumque enganno. Adhuc promitto et convenio tibi quod si duo milia morabetini de hac prima paria ianuarii ad tuam noticiam non persolventur, quod ego illos tibi vel tuis persolvam de medietate omnium reddituum et exituum que mihi aliquomodo deinde exierint, cum aliis duo milia et DCC morabetinos.³ Et promitto et convenio tibi quod omnes isti IIII milia et DCC morabetinos,

tibi vel tuis, ad tuam noticiam usque ad hoc primum Pascha persolvantur, sine tuo tuorumque enganno; et ut ita firmiter tibi et tuis teneam et attendam, recipio te in Dei fide et mea. Et ego Guillelmus Raimundi dapifer convenio tibi Guillelmo Leterico et tuis quod dominus Raimundus, Barchinonensis comes, hos IIII milia et DCC morabetinos persolutos et paccatos tibi vel tuis usque ad primum Pascha veniens habeat, sicut scriptum est; quod si non fecerit, ammonitus per te vel per nuntium tuum, redirem apud Montem Pessulanum per hostaticum et inde nullo modo dicedam tamdiu donec hos IIII milia et DCC morabetinos tibi vel tuis, sine tuo tuorumque dolo, persolvantur; et convenio tibi quod ad illam ammonicionem non fugiam et omnes alios hostaticos ammoneam vel ammonere secundum posse meum facial. Et ut ita firmiter tibi et tuis teneam et attendam sicut scriptum est, ad tuam noticiam, iuro tibi et tuis super IIII Dei Evangelia. Sicut Guillelmus Raimundi seneschal hoc totum iuravit per se, ita ego Bernardus de Bello Loco iuro tibi Guillelmo Leterico et tuis per me super IIII Dei evangelia. Sicut Guillelmus Raimundi dapifer hoc totum iuravit per se, ita ego Arbertus de Castro Vetulo et ego Arnaldus de Lercio et ego Berengarius de Turrellas et ego Artaldus de Castro Novo et ego Raimundus de Molnelz, unusquisque nostrum insolidum, iuramus tibi Guillelmo Leterico et tuis super IIII Dei Evangelia. Horum omnium suprascriptorum sunt testes: Raimundus de Narbona, Guillelmus Atbrandi, Raimundus de Gironda, Raimundus Folcherii, Guillelmus Petri frater eius, Bernardus Belmi, Guillelmus Simeon, Guillelmus de Sancto Iovo, Petrus Castanea, Guillelmus Iohannes et Silvester. Similiter, sicut Guillelmus Raimundi seneschalcus hoc totum iuravit per se, ita ego Raimundus de Vila de Muls et ego Guillelmus de Castello Veteri et ego Raimundus de Podio Alto, quisque nostrum insolidum, iuramus tibi Guillelmo Leterico et tuis super IIII^{or} Dei Evangelia. Et in quantum tu vel tui falleretis in omnibus istis suprascriptis hostaticis, morte vel mentimento,⁴ ego Bernardus Marchuz et ego Petrus Arnaldi, quisque nostrum insolidum, sumus tibi Guillelmo Leterico et tuis manulevatores et persolutores atque pacgatores de his quatuor milia et DCC morabetinos, per fides nostras plevitas. Testes sunt: Guillelmus Mainardi, Colra, Raimundus de Narbona, Augerius de Amico, Raimundus de Badonas, Guillelmus Catalani de Barchinona et Silvester.

Signum+ Raimundi comes.

1. *En lloc d'Aragoni.* 2. *r corregeix [p].* 3. *et DCC morabatinos escrit a sobre d'una raspadura.* 4. *men afegit a la interlínia.*

998

1156, febrer, 11. Elna

Laude arbitral. *Arnau de Llers i Ramon de Vilademuls, designats per Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, per dirimir les qüestions entre Ponç, abat de Sant Joan de les Abadesses, i Ramon de Morellà sobre els alous de Ges i de Negos, a la vall de Sant Joan de les Abadesses, dictaminen que Ramon de Morellà pagui vint mancusos i recuperi la cinquena part dels esmentats alous.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 300, 291 × 171 mm. Bon estat de conservació.

Hoc est iudicium quod venerabilis Raimundus, comes Barchinonensis et princeps Aragonis, fecit dari inter Poncium, abbatem Sancti Iohannis, et Raimundum de Maureia de contencione que erat inter eos de quibusdam alodiis que sunt in valle Sancti Iohannis, scilicet in Iesso et in Negos. Conquerebatur etenim supradictus Raimundus super predicto abbate dicens quod predicta alodia fuerant bisavi sui Bernardi Mironis et reliquid ea avo suo Arnallo Bernardi de Belodel,¹ cui ipse legitime succedere debebat, sed iamdictus abbas auferebat ei prefata alodia. Ad hoc respondebat ei abbas quod² Bernardus Iohannes, qui habebat predicta alodia in pignore a supradicto Arn[a]llo³ Bernardi, dimisit ea Sancto Iohanni tali quidem modo ut si⁴ aliquis qui legitime succederet iamdicto Arn[a]llo⁵ redderet C^m manchosos Cetus vel Iafaris Sancto Iohanni, pro quibus habebat hoc pignus, recuperaret ipsa alodia. Quod totum videnter ostendit iamdictus⁶ abbas ex testamento Bernardi Iohannis, qui predictus Raimundus de Maureia protulit in eodem placito. Preterea iamdictus abbas ostendit cartam de iure corroboratam in qua continebatur quod Bernardus Arnalli et Raimundus Arnalli, filii predicti Arnalli Bernardi de Belodel,⁷ donaverunt et concesserunt ac pro CC^{is} solidis Beato Iohanni supradicta alodia integre vendiderunt. Post quam vendicionem monasterium Sancti Iohannis XL^a annis hunc honorem possiderat. Ad hoc respondit Raimundus de Maureia quod pater suus Berengarius Arnalli, qui erat maior filius Arnalli Bernardi, nunquam hoc diffinivit vel vendidit; similiter due sorores patris sui, que absque liberis et

intestate decesserant, nunquam hoc deffinierunt. Et contra respondit supradictus abbas quod ille supradicte sorores nunquam inde aliquod verbum fecere in vita neque in tempore mortis. Propterea quidam magnates Arnallus de Lerc et Raimundus de Vila de Muls, ex precepto illustris viri supradicti Raimundi comitis et principis super hoc iudicantes, inquisierunt [a]b utraque parte utrum haberet testamentum supradicti Arnalli Bernardi, ex quo cognosceretur cui vel quibus relicta essent supradicta alodia. Illis⁸ vero testamentum se habere negantibus, immo Arnallum Bernardi de Belodel intestatum obisse affirmantibus. Iudicaverunt predicti iudices quod Raimundus de Maureia redderet quinta partem de ipsis C^m mancuis pro quibus erat in pignore et recuperaret quintam partem de ipso honore; totum vero aliud monasterio Sancti Iohannis in perpetuum habendum iudicaverunt.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Bernardi, Urgellensis episcopi. Sig+num Arnalli de Lerc. Sig+num Raimundi de Vila de Muls.

Actum est hoc in Helenensi ecclesia, IIII idus februarii, anno ab Incarnacione Domini C^o L^o VI^o post millesimum.

+ Artalli*, Helenensis episcopi.

Iordanis levita scripsit hoc sub die et anno (*senyal*) quo supra.

1. de Belodel *afegit a la interlínia.* 2. q *corregeix un traç anterior.* 3. *Manca.* 4. *si afegit a la interlínia.* 5. *Manca; la segona l corregeix b.* 6. *dictus afegit a la interlínia.* 7. *La primera l afegida a la interlínia.* 8. *Illis al text.*

999

1156, juny, 4

Convinença. *Assalid de Gudel dóna en feu a Berenguer Rubio el castell i la vila d'Abenozas, amb la meitat de les dominicatures. A canvi, Berenguer Rubio promet que serà home soliu d'Assalid per aquest castell i que li'n donarà la potestat quan la hi demani.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 303 (*olim* arm. 23 dels Templers, sac T, núm. 385), 175 × 271 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació malgrat la mutilació d'una petita part de l'angle superior dret del pergamí i algun petit forat i algunes taques d'humitat.
- A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 303 dupl., 173 × 269 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació, malgrat algunes taques d'humitat.

Cit. Kosto, *Making agreements*, pp. 104, 105.

Pateant omnibus legentibus cunctisque audientibus quoniam hæc est carta convenientie quæ fuit facta inter domno Assalid de Gudel et Berengari[o]¹ Rubeo. Quem ipse supradictus Berengarius Rubeus clamabat et querelabat castrum et villam de Avinoçar ad domno Assalito et venerunt in mag[nis] placitis et querimonias per supradictum castrum. Et per laudamentum nobilium virorum hominum, scilicet Bernardo de Beranui et Gomballo de Sisca[re] et Bernardo Gaucerando et Gerallo de Tavernolas et Oto de Basurç et aliis pluris hominibus, venerunt in finem et in concordia de ipsam qu[e]rimoniam et clamum quem ipse Berengarius faciebat de supradictum castrum et villam. Et dedit supradictus Assalid ad Berengario Rubeo castrum et v[illam] de Avinoçar ad fevum ut teneat per domno Assalito, cum medietatem de ipsos dominicos, simul cum ipso caballario nomine Berenger de Avinoçar]. Et ipse Berengarius de Avinoçar fiat suus homo solidus de Berengario Rubeo per ipsum castrum de Avinoçar et teneat per eum castrum et villam de A[vino]car² cum suis terminis et donet ei potestatem de ipsum castrum de Avinoçar quantas vices ei demandaverit, iratus et paccatus. Similiter ipse Berengari[us] Rubeus sit homo de domno Assalito per bona fide, sine suo enganno, per ipsum castrum et villam de Avinoçar; et in tali conventu ut guardet [et] defendat de omnes homines et feminas, presentes et futuros, supradictum castrum et villam et omnia quæ in eis sunt; et adiuvet ei et ad uxore sua et ad filiis suis ad defendere et tenere et guardare totum alium honorem quem hodie habent et in antea acapitare potuerint; et valeat eis de omnes homines et feminas, presentes et futuros, exceptis de suis senioribus aliis unde se debeat guardare de bauzia; et donet eis potestatem de supradictum castrum quantas vices ei demandaverint, iratus et paccatus. Similiter ipse Assalid et uxor sua et filii sui adiuvent et valeant ad Berengario Rubeo de omnes homines et feminas, exceptis de suis senioribus, unde se debeant guardare de bauzia. Et si est in ista terra ipse Berengarius Rubeus, in Ripa Curcia aut in Paliars aut in Super Arbi, et voluerint accipere potestatem de supradicto castro, domnus Assalid aut uxor sua demandent ipsam potestat[em] ad Berengario Rubeo et ille donet eis potestatem sine enganno, sicut suprascriptum est. Sin autem non est in partibus istis et voluerint accipere potestatem domnus Assalid aut uxor sua de supradicto castro, demandent ipsam potestatem ad supradicto Berengario de Avinoçar et ille donet eis potestatem quantas vices ei demanda-

verint, iratus et paccatus. Et si minusvenerit de Berengario Rubeo, ipse Berengarius de Avinoçar atendat cum ipso castro de Avinoçar ad domno Assalid et ad uxore sua et ad filiis suis per fide, sine enganno. Et ipse Berengarius Rubeus, si potuerit acapitare supradictum castrum de Avinoçar de potestatem huius terre, reddat ipse Berengarius Rubeus supradictum castrum de Avinoçar ad domno Assalid et ad uxore sua et ad filiis suis sine ullo malo enganno, potentissime.

Facta ista carta convenientię pridie nonas iunii, regnante Raimundo Berengarii, Barchinonensium comite, Aragonensium principe et in Super Arbi et in Ripa Curcia et in Hylerde et Tortose, anno ab Incarnacione Domini M^oC^oL^oVI^o.

Sig+num Assalid, Sig+num Berengarius Rubeus, qui hanc cartam convenientię³ rogaverunt scribere et testes firmare et suas signas facerent.

Sig+num Bernardus de Beranui. Sig+num Gomballus de Sis-care. Sig+num Guillelmus de Porta Spana. Sig+num Raimundus de Casellas.

Ærmengaudus diachonus scripsit et hoc sig+num fecit.

1. *S'han transcrit entre claudàtors les parts que manquen al text A' a causa de la mutilació del pergami.* 2. Avinoçar A'. 3. convenientie A'.

1000

1156, juliol, 1

Definició. *Oliver, castlà d'Oló, renuncia a favor del monestir de Santa Maria de l'Estany a la tasca i altres prestacions sobre l'alou de Santa Maria de les Illes, a Sant Feliuet de Terrassola, que el prevere Guanalgod i els esposos Ramon Guanalgod i Emmo havien donat al monestir amb motiu d'haver-se posat sota la seva protecció.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 310, 190 × 256 mm. Bon estat de conservació.

Sciatur ab hominibus cunctis, tam presentibus quam et futuris, quia Guanalgodus quidam presbiter et filius eius Raimundus Guanalgodi cum uxore sua nomine Em donaverunt se domino Deo et Beate Marie Stagnesi cum omni suo alodio quod habebant vel habere debeant in terminio vel in parrochia Sancti Felicis de Terraciola ut haberent in predicto loco victum et vestitum in omni vita sua, quod tenuerunt et possederunt habitatores predicti

loci sine ulla inquietudine per annos plurimos. Post aliquod vero tempus, insurrexerunt viri quidam lingosi susurrantes in auribus Olivarii, castellani de Olone, dicentes ei mentiendo quia antecessor eius accipiebat de ipsa ter[r]a¹ quam apellant Insulas tascam. Unde falsa dicebant et proferebant quia antecessores eius nunquam ibi aliquid acceperunt nisi unum par gallinarum. Preditus autem Olivarius, per verba et consilia iniquorum hominum, emparavit et abstulit Beate Marie tascam predicti alodii. Prior autem predicti loci, nomine Berengarius, et clerici sub patrotinio² constituti querimoniaverunt predictam tascam, ostendentes per veras cartas et corroboratas et per testes ipsam tascam sui iuris esse. Predictus autem Olivarius, videns et recognoscens nullum habere directum in predictas Insulas nisi unum par gallinarum, dimisit et diffiniuit eas in presentia quorundam proborum hominum tali modo: In Dei nomine. Ego sepedictus Olivarius, castellanus de Olone, consilio et voluntate domini mei Arnalli de Olone et uxoris eius Beatricis et filiorum suorum Petri et Guillemi ac bono animo et spontanea voluntate, diffinio et evacuo domino Deo et Beate Marie Stagnensi et Berengario, ipsius ecclesie priori, et clericis ibidem manentibus quicquid in predictas Insulas querebam vel auferebam, ita ut numquam amodo ego nec aliquis successorum meorum³ ibi aliquid requiram vel requirat, neque baiuliam neque fortiam neque estacamentum nec aliquod servitium vel usaticum, nisi unum par gallinarum tantu[m]modo⁴ quod antecessores ibi habuerunt, sed sicut melius dici vel fieri potest sit ius et dominium predictae ecclesie Sancte Marie et habitatorum eius in perpetuum. Insuper autem, pro remedio anime meę et parentorum meorum, dono domino Deo et supranominate ecclesie et habitatoribus eius, in omni meo honore quem habeo in terminio de Olone, erbaticum, ligna, pasturas et omne conveniens servitium. Et est manifestum. Quod si ullus homo vel femina contra istam cartam venerit ad irrumpendum, minime valeat implere, sed in triplo [componat].⁵ Et in antea firma permaneat omni tempore.

Que est facta kalendas iulii, anno XX regni regis Lodovici iunioris.

Sig+num Olivarii, castellani de Olone, qui hoc fatio et firmo firmarique rogo. Sig+num Saurine uxoris eius. Sig+num Arnalli de Olone. Sig+num Beatricis uxoris eius.

Sig+num Petri. Sig+num Guillelmi de Oloni*. Sig+num Bernardi de Merola. Sig+num Raimundi de Olost. Sig+num Guillelmi de Sallifloris. Sig+num Raimundi.

Bernardus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo supra (*senyal*).

1. Manca.
2. En lloc de patrocínio.
3. meorum al text.
4. Manca.
5. Manca.

1001

1156, setembre, 3

Definió. *Guillem de Pedrera renuncia a favor del monestir de Sant Joan de les Abadesses als drets sobre l'alou que havia estat de Castany, que la seva mare havia retingut injustament i li havia llegat. Guillem retindrà l'alou a canvi d'un cens d'un pernil.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 290, 125 × 288 mm. Bon estat de conservació.


Sit notum cunctis presentibus et futuris quod ego Guillelmus de Pedrera, grata voluntate, recognosco illum honorem qui est in Pedrera et fuit de Castan, et mater mea iniuste tenuit et mihi dimisit, iuris esse Sancti Iohannis. Et propterea dimitto eum et relinquo in potestate Poncii, abbatis Sancti Iohannis, et eiusdem ecclesie canonicorum, in tali pactu ut teneam eum in vita mea per Sanctum Iohannem et faciam eidem ecclesie annuatim pernam I censualem. Et si habuero infantem de legitimo coniugio, post mortem meam faciat similiter; si vero non habuero, post mortem meam revertatur solide et libere in potestate Sancti Iohannis et clericorum eius ad suam voluntatem faciendam. Si quis vero contra hanc cartam diffinicionis ad inrumpendum venerit, facere non valeat, sed in duplo componat. Et postea firma persistat.

Actum est hoc III nonas september, anno XX regni regis Leudovici iunioris.

Sig+num Guillelmi de Pedrera, qui hanc cartam diffinicionis fieri iussi, firmavi aliosque firmare rogavi.

Sig+num Poncii baiuli. Sig+num Petri de Macana. Sig+num Poncii Bernardi. Sig+num Berengarii de Pedrera.

Iordanis levita scripsit hoc sub die et anno (*senyal*) quo supra.



1002

1156, octubre

Encomanament. *Ponç rep de Guillem Agela els ornaments de l'església de Sant Martí d'Estopanyà i els encomana a Arnau Agela.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 291, 146 × 95 mm.
Bon estat de conservació.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 179.

Sembla que Arnau Agela hauria de ser el mateix Guillem Agela, atès que s'introdueix amb un *eidem* quan no s'ha esmentat cap més personatge.

Anno ab Incarnacione Domini M^oCLVI, mense octobris, dum comes erat in Provincia, recepit Poncius de Guillelmo Agela ornamenta Sancti Martini de Stopanna. In primis, III palis de seta et unam casulam de pali et aliam de fustanio et aliam de lino, et III estoles et tria manipula, et unum camis et III^{or} amictus, et VII oralia et tria signa, et unam almaganam et VII supraltaria de lino, et duos palis feriales et III capas officiales, et I cortinam de pali et duas de lino, et unam dalmaticam de pali et aliam de cendato viridi. Et unam aram benedictam et I pectinem eboris, et tres capsas reliquiarum et unum calicem de stagno, alterum vero stagneum calicem habebat domina Sancia, et duas cannadelas stagni et III^a candelabra ferrea, et duo tribula et unum urceum et duas archas.¹ Et I missale parvum et alterum missalem maiorem, et I librum storialem et alium sanctoralem, et I epistolarium et I officium godeesc, et I responsorium et I psalterium, et III lampadas.

Omnia suprascripta comendavi Poncius eidem Arnallo Agela in presencia Iordani et Raimundi de Liminiana, qui erant ibi. Preter hec, solebant esse ibi calix argenteus et crux argentea, que non invenit ibi Poncius, et unus liber quem Petrus Guillelmi accomodavit Vincencio.

1. h i s afegides a la interlínia.

1003

[Després de 1156, octubre]

Encomanament. *Ponç, escrivà i notari de Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, encomana l'església d'Estopanyà a Pere d'Estadella i li'n concedeix tres quartes parts dels béns i drets.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 3
(olim arm. 3 Lleida, sac C, núm. 151), 255 × 195 mm. Bon estat de conservació.

Datem segons el document núm. 1002, on apareixen Ponç i Guillem Agela en referència a Estopanyà.

Ad honorem Dei omnipotentis, ad utilitatem et augmentum ecclesie Sancti Martini de Stopanano, ego Poncius scribe et notarius domini comitis Barchinonensis, consilio et voluntate Guilelmi Agele baiuli comitis et omnium parrochianorum prephatę ecclesie, comendo tibi Petro de Stadela ipsam ecclesiam Beati Martini de Stopannano similiter cum ipsa sua capella et cum omni honore sibi pertinente. Tali modo, ut prephatam ecclesiam cum omni honore suo bene custodias et optime servias cum clericis et cum omnibus servicio eiusdem ecclesie necessariis sine aliquo dolo et fraude. Retineo mihi de omnibus espletis tocius honoris, de pane, de vino, de carne sive de defunctionibus et de omnibus expletis que exierint de ipsis molinis de Reguard et de censibus et usaticis que inde exierint, quartam partem quam mihi vel ipsi cui ego mandavero fideliter tribuas anuatim per secula cuncta. Et de iamdicta quarta parte sis mihi fidelis omni tempore vite tue. Et quod tu non comendes predictam ecclesiam vel honorem eius alicui viventi homini clerico vel laico¹ in omni vita tua set tu habeas, teneas et possideas predictas tres partes, quartam vero michi aut baiulo meo quem tibi mandavero fideliter reddas omni tempore. Et predictas tres partes habeas per me ad servicium meum et fidelitatem meam. Et si bis vel ter in anno venio in Estopannano cum uno aut duobus vel tribus sociis et cum nostris equitaturis, teneas nos honorifice duobus vel tribus diebus de tuo. Et si amplius ibi stare voluero, stem ibi de meo, videlicet de mea quarta parte. Et si de omnibus supradictis me in aliquo deciperes vel defraudares aut fideliter supradicta omnia mihi non compleres, ego iamdictus Poncius recuperarem et empararem predictam ecclesiam et honorem totum ad stabiliendum et ordinandum sicut melius viderem. Et ego iamdictus Petrus de Stadela convenio tibi Poncio supradicto ut sicut suprascriptum est ita tibi fideliter compleam et atendam in omni tempore vite mee. Et ut de omnibus his sis bene securus et fidus, facio tibi hominium meis manibus propriis.

Actum est hoc in presencia Bernardi, capellani de Cervera, et Guilelmi Agela, baiuli comitis, et Destri, filii eius, baiuli comitis, et Martini Merini, ecclesie prefate presbiteri, et Petri de Seganta et aliorum proborum hominum.²

1. vel laico *afegit a la interlínia.* 2. Al dors d'aquest document hi ha escrit un text ampli en caràcters aràbics. Aquest text l'estan estudiant actualment el senyor Theodor Loinaz i la senyora Dolors Bramon, del Departament de Filologia Semítica de la Universitat de Barcelona.

1004

1156, novembre, 3

Convinença. *Bernat de Montesquiu s'avé amb Guillem de Guàrdia, la seva esposa Dolça i Pere de Montesquiu pel que fa al repartiment de diversos béns i drets situats a Manresa i al Bages. Guillem de Guàrdia podrà construir una fortalesa a Sant Iscle del Bages i promet fidelitat a Bernat de Montesquiu.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 292 (*olim* arm. 10 Manresa, sac M, núm. 530), 116 × 346 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

Sit notum cunctis quod ego Bernardus de Monte Eschivo venio ad placitum et concordiam et finem cum Guillelmo de Guardia et uxore sua Dulcia, ego et mei infantes cum illis et suis infantibus, et cum meo fatre Petro de Monte Eschivo, de illis contencionibus que erant inter me Bernardum de Monte Eschivo et Bernardum de Minorisa de ipso honore de Minorisa et de Bages. Scilicet, ipsam terciam partem quam Bernardus de Monte Eschivo clamabat Bernardo de Minorisa de placitis de Minorisa, dimitit Guillelmus de Guardia Bernardo de Monte Eschivo;¹ et ipsas questias quas Bernardus de Monte Eschivo faciebat in Bages et Bernardus de Minorisa faciebat, faciant unam questiam solam in Bages et dividat per medium inter Bernardum de Monte Eschivo et Guillelmum de Guardia, exceptus de suis alodiis de unoquoque;² et ipsas ostilitates de Bages sint divise inter Bernardum de Monte Eschivo et Guillelmum de Guardia sicut modo sunt divise ipsam de Valoriola et ipsam de Pasterengs, preter ipsas que Bernardus de Minorisa aud Guillelmus de Guardia possit ostendere quod abeat per acapite aut per empcionem, in quibus Bernardus de Monte Eschivo nichil abeat. Et ego Guillelmus de Guardia abeam ipsas mansiones de Maria Burgense per alodium et ipsas mansiones Arnalli Ferrer per fevum. Et ipsum ortum quem Bernardus de Foro tenet ad fontem de Moreta abeam ego Guillelmus per fevum. Et ipsa alodia de collo de Figera, de quibus cotendebant Bernardus de Monte Eschivo et Bernardus de Minorisa, habeat ipse Bernardus aud Guillelmus, cui agricole dabunt, per directum et caldariam. Et si Guillelmus de Guardia vult facere fortitudinem ad Sanctum Ascisculum, non vetet ei Bernardus de Monte Eschivo. Et ipsum furnum quod Bernardus de Minorisa tenet in Minorisa dimitit Bernardus Guillelmo de Guardia, preter ipsum censum XVIII denarios. Et modo veniunt ad

finem et concordiam Bernardus et Guillelmus predicti. Et convenit predictus Bernardus de Monte Eschivo Guillelmo de Guardia quod de isto prescripto honore et de alio honore quem Guillelmus de Guardia tenebit per predictum Bernardum, quod ipse Bernardus de Monte Eschivo nichil tollat nec pig[n]oret³ unde Guillelmus predictus perdat. Et ego Guillelmus de Guardia convenio Bernardo de Monte Eschivo ut sim suus sicut Bernardus de Minorisa et sui an[te]cessores⁴ fuerunt de an[te]cessoribus⁵ Bernardi de Monte Eschivo. Et ego Guillelmus de Guardia iuro vobis Bernardo de Monte Eschivo domino ut sim vester fidelis et adiuvet vobis cum omni meo honore de omnibus hominibus de quibus adoleda non faciam, et teneam firmiter istud placitum sicut scriptum est, sine malo ingenio. Per Deum et per ista IIII^{or} Evangelia. Et ego Bernardus de Monte Eschivo iuro⁶ tibi Guillelmo de Guardia ut teneam tibi istud placitum quomodo scriptum est et adiuvet tibi cum omni meo honore de omnibus hominibus de quibus adoleda non faciam. Per Deum et ista IIII^{or} Evangelia.

Actum est hoc III^o nonas november, anno XX^o regni regis Ledovici iunioris.

Sig+num Bernardi de Monte Eschivo. Sig+num Saure. Sig+num Petri de Monte Eschivo. Sig+num Bernardi de Rochafort. Sig+num Guillelmi de Aviro. Sig+num Berengarii de Aviro. Sig+num Guillelmi de Guardia. Sig+num Dulcie. Sig+num Raimundi de Pegera. Sig+num Ugonis. Sig+num Bernardi de Callers. Sig+num Berengarii de Guardiola. Bernard.

1. *Segueix* et de ipsa questia de Bages que unusquisque faciebat, faciant unam solam questiam in Bages et dividant per medium inter Bernardum de Monte Eschivo et Guillelmum de Guardia, *ratllat*. 2. exceptus de suis alodiis de unoquoque *al final del text, amb un senyal d'avís que hi remet*. 3. *Manca*. 4. *Manca*. 5. *Manca*. 6. r *corregeix un traç anterior*.

1005

1156, desembre, 3

Empenyorament. *Ponç de Castellgalí empenyora a la sagristia de Sant Llorenç del Munt tota l'honor d'ipsas Planas, que té a Sant Vicenç de Jonqueres i Sant Julià d'Altura per dotze morabatins.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 293 (*olim* núm. 192, segona caixa), 137 × 189 mm. Bon estat de conservació.

Pateat cunctis qualiter ego Poncius de Castro Gallino, cum asensu¹ et voluntate fratris mei Petri, impignerò domino Deo et sacristie Sancti Laurecii de Mote tibi que Stephano sacriste omnem meum honorem² quem habeo in parrochiis³ Sancti Vincencii de Ioncheres et Sancti Iuliani de Altura; et hoc est in comitatu Barchinone. Prescriptum vero honorem totum, sic impignerò predictae sacristie et tibi Stephano propter XII moabetinos in auro, Aiadinos bonos, de ista festivitate prima veniente Natalis Domini usque ad aliam festivitatem. Et non sit mihi licitum redimere predictum honorem nisi in festivitate predicta. Et sic vadat annuatim de festivitate in festivitatem Natalis Domini usquequo persolvam predictae sacristie et tibi Stephano predictos XII moabetinos in prelocuto festo. Nominatur predictus honor ad ipsas Planas. Si quis hoc disrumpere temptaverit, nil valeat, sed supradicta in duplo componat. Et in antea hoc firmum permaneat.

Quod est actum III nonas decembris, anno XX regnante Ledovico rege iuniore.

Sig+num Poncii de Castro Gallino, qui hoc laudo et firmo firmari que rogo.

Sig+num Petri fratris eius. Sig+num Guillelmi de Exerchavino. Sig+num Raimundi de Valle Sica.

Arnallus monachus et levita, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. u *corregeix* o. 2. h *afegida a la interlínia*. 3. La *darrera i corregeix* a.

1006

1156, desembre, 20

Empenyorament. *Els esposos Bernat de Concabella i Guillema empenyoren als esposos Pere de Berga i Estefania l'honor de Fígols per cent sous.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 294 (*olim* arm. 10 Manresa, sac de Santa Anna, núm. 247), 58 × 274 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis quoniam ego Bernardus de Conca Bela et coniux mea Guillelma impignoramus tibi Petro de Berge et coniugi tue Estefanie vel vestris dubitantibus ipsa honore que nos abemus in Fígols, totum quantum ibi abemus vel abere debemus, propter solidos C de monete Barchinone,¹ usque nobis vel nostris abeamus

persolutum isto avere a vobis vel vestris. Et si ista moneta se pigoraverit, reddamus vobis morabetinos, VI solidos unumquemque morabetinum.

Factum hoc XIII kalendas ianuari, anno XX regni regis Leovici² iunioris.³

Sig+num Bernardi,⁴ Sig+num Guillelma, Sig+num Bernardi, Sig+num Guillelmi, filiorum nostrorum, qui hoc fieri iusimus, firmavimus firmarique rogavimus.

Sig+num Raimundi Avidani. Sig+num Bertrandi de Merles. Sig+num Guillelmi de Sales.

Bernardus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. no *afegit a la interlínia.* 2. ci *afegit a la interlínia.* 3. i *inicial corregeix* [a]. 4. r *corregeix* l.

1007

[1155-1156]

Passament de comptes. *Guillem de Subirats passa comptes dels diners rebuts a Ripoll.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extrainventari, núm. 3435, 185 × 145 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta al marge superior esquerre.

a BISSON, *Fiscal accounts*, doc. 3.

Datem d'acord amb la proposta de Bisson. Document escrit a dues columnes.

[Debi]ta R[ivo]polli. [U]gobert de Nicen, marc V. Ud[...]¹trum¹ de Stopana, marc VI. [...]²astan,² marc III. [...]³ Arnal, ma[rc] III. [...]⁴ Bertran, ma[rc] II. [...]⁵navent, marc V.[...]⁶orreis,⁶ ma[rc] II. [...]⁷on de Pugverd, marc III. A[d]r[oar]ius, marc III. Bernad de Meitad, marc IIII. Bertran frater eius, m[a]rc IIII. Arnal Berenger de Seschar, ma[rc] IIII. Alegret d'Orchau, marc IIII. [...]⁸ad⁸ d'Orchau, marc IIII. Arnal de Stopana, ma[rc] VI. Ramon de Fonoied, libras II et solidos V.⁹ Pelegri d'Atrussil, marc IIII. Xeme Fortunons, marc V. Espanol, marc IIII. Garcia Cenarc et frater eius, marc XI. Lup Sanc, marc IIII. Petro Pecheran, marc XI. Xeme Garcez Astau, mar[c] V. [...]¹⁰ Luna, marc I. Gasto, marc V. Pere Alchala, marc V. Garcia Alchala, mar[c] VII; et eidem per solidos LXXX, mar[c] I et solidos XXX. Deus Aiuda, m[a]rc VIII. Hoc fuit de C libris quos recepit G.¹¹ de Supiratis.¹² Nos recepimus in Ripol libras XX,¹³ et de istis: ad Gauceran de Pinos, libras I et partes

II alterius. Petro de Berga, libra I et partes II alterius. Raimundo de Torroia, libras III. Tomas, marc I. Assalid, marc VI. Alteri sine barba, marc IIII. Alteri socio Assalid, marc IIII. Geral de Iorba, marc I. Guilem de Portela, marc IIII. B. Guilem de Luciano, marc V. Ramon de Castelar, media libra. Remanserunt libre III quas recepit Guilelmus de Subi[rats]. G. Bernad de Dua Castela, libras II.¹⁴ De XXVI libris aliis, ad Gauceran Pinos libra I et due partes unius. Ad Bernad Ermengod, libras III et tercia pars unius. Ad R. Mir d-Aura, libras II et media. Ad Guilem de Lavanza et fratri suo, libras VI et duas partes unius. Ad Artal, libras VI et duas partes unius. Ad Guilem de Berga, libras IIII.¹⁵ In Gerunda. Ad Menendo Buffi, morb[etinos] XL; et inter unam mulam et unum mulum, solidos CCC. Ad Frunti, muls II et caval I et mo[rbetinos] L. Martino fratri suo, solidos CL. Garcia Dato, mul I et solidos C. Furtun Enecon, mul I et solidos I. Porchet,¹⁶ muls II et solidos I. Pedre Xemenz, mul I et solidos C. P. Alchala mo[rabetinos] XXVII. Iohan Diaz, solidos CLXX. Marti de Grads, mul I et solidos CL. Stepha Blanc, solidos XX.

1. Espai d'aproximadament dues lletres, il·legible. 2. Espai d'aproximadament cinc lletres, il·legible. 3. Espai d'aproximadament set lletres, il·legible. 4. Espai d'aproximadament nou lletres, il·legible. 5. Espai d'aproximadament nou lletres, il·legible. 6. Espai d'aproximadament deu lletres, il·legible. 7. Espai d'aproximadament quatre lletres, il·legible. 8. Espai d'aproximadament tres lletres, il·legible. 9. Segueix una ratlla de separació. 10. Espai d'aproximadament tres lletres, il·legible. 11. No hem desenvolupat les inicials d'alguns noms propis. 12. Segueix el text al segon corondell. 13. XX corregeix XXX. 14. Segueix una ratlla de separació. 15. Segueix una ratlla de separació. 16. h afegida a la interlínia.

1008

1157, gener, 8

Testament. *Guilla atorga testament. Llega diners i blat a l'església de Sant Andreu i els béns a la seva filla Maria i el seu nét Pere.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 295, 94 × 346 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego Gilla iaceo in magna egritudine et spero misericordia Dei et facio meum testamentum. Et eligo manumissores meis, id sunt, Petro¹ Ponci et Bernardi Lobato atque Petro Bernardi. Precor vos amicis meis ut si mors mihi advenerit de ista egritudine antequam alium testamentum faciam, licenciam abeatís ipsa mea res dare pro anima mea sicut ego mando in ipsa pagina. In primis, dimitto ad Sancti Andree et suis clericis

III solidos denariorum et per uno trigenari² misas alios III; et ad novo veniente ad Sancti Andree dimitto quartera I blad et ad presbiteros I migera per misas. Dimitto medietate de ipsa onorem que ego abeo vel abere debeo in totis locis, de kases, de mobile, de vascula maiore vel minore, Marie filia mea, alia medietate dimitto Petro neto meo; in tale conventum ud illis ambos serviant ipsa honorem³ ad seniores nostros insimul. Et qualiscue obierit de illos sine prole legitimo, suam porcionem revertar ad alio. Dimitto ad Monag I qua[r]ta⁴ blat. Si quis hoc frangere voluerit, ipsum testamentum in duplo componat.

Actum est hoc VI idus ianuarii, ano XX regnante Leovici regis iuniore.

Sig+num Gilla, qui hunc testamentum mandavit scribere et firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Marie filia mea.⁵ Sig+num Petro Ponci. Sig+num Bernard Lobatoni. Sig+num Petro Bernardi de Casses.

Guillelmus sacer, qui hoc scripsit die et anno q[u]od⁶ su(se-nyal)pra.

1. Hem transcrit sempre Petro malgrat que en el text apareix la P amb el signe d'abreviació de Per. 2. e afegida a la interlínia. 3. ohnorem al text. 4. Manca. 5. Sig+num Marie filia mea escrit a continuació de les subscripcions dels testimonis. 6. Manca.

1009

1157, gener, 18

Convinença. *Ramon Teixidor i la seva esposa Rossa cedeixen a Arnau de Mirambell els drets que reclamaven sobre el mas Mirambell, a Sant Quirze del Vallès, a canvi de retenir la meitat de l'esmentat mas, que pertany a l'orde del Temple.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 298, 83 × 538 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris qualiter ego Raimondus Textorii et mulier mea Rossa et filiis meis vel filias pacificamus et venimus ad concordiam cum Arnaldo de Mirabello de ipso manso prefato Mirambello, de meam porcionem que ego requirebam in eum. Et venimus ad laudamentum vel ad consilio bonorum hominum dixerunt inter nos ipsi qui ibi fuerint, hoc fuit, Berengarii Sancti Vincentii, servus servorum Milicie vel magister Palacio, et de Berengario de Terraza et de Berengarius de Saltels et

de Bernardus de Togores et aliis probis hominibus. Interim laudaverunt inter nos quem de ipso prefato manso habeam medietatem de quantum ibi pertinet ad Chavalleria. Et est ipsum mansum in terminum de Terraza, in parrochia Sancti Chirici. Et ego prefatus Raimondus vel mulier mea et filios meos vel filias mitimus corpus nostrum vel havere mobilem et immobilem, quantum habemus vel in antea invenire potuerimus, in manu Dei et ipsa Chavalleria, ad eius proprietatem, sine blandimento nullo homine.¹ Quem in ipsa honore vel in ipso² manso de ipsa Chavalleria non vocemus aliter baiuli neque nullis alius seniori; et si ita faciebamus, veniant nos totos nostros directos de ipso manso supradicto in perdiccione. Et propter istam honorem vel istum achapitem quem ego supradictus Raimondus accipio de ipsa Chavalleria, pacificent vel difiniunt me prefatus Raimondus totos meos seniores, hoc est, Guillelmus Raimondus senescalcus et Guillelmus de Montcada et Raimondus de Montcada et Raimondus Gilelmus de Odena et mulier eius Berengera et Petrus Sancti Minati et Poncius, presbiter de Sancti Salvatoris, et Guillelmus de Sobarbar et Berenger de Saltels et Bernardi Ferrarii. Et iterum hoc in tale vero pactum est factum quem ego supradictus Raimondus faciam firmare ad istos qui suprascriptos sunt usque ad festivitatem Sancti Felice prima veniente. Et si hoc, sicut scriptum est vel dictum, non potuero facere firmare sicut superius scriptum est difinio vel pacifico ego suprascriptus Raimondus totos meos directos in ipso suprascripto manso, quia nec³ requiram nec requirere faciam alicui persone.

Factu est scriptu difinicionis vel pacificacionis XV kalendas februarii, anno XX^o regni Ludovici regis iunioris.

Sig+num Raimondi Textorii, Sig+num Rossa mulier eius, Sig+num Arnalldus, nos pariter in unum⁴ qui hoc fieri iussimus, firmavimus et testes firmare rogavimus.

Sig+num Berengarii Sancti Vincentii, magister Palacii vel servus Milicie, Sig+num Berengarius de Saltellus, sig+num Berenger de Terraza, Sig+num Bernardus de Togores vel plurimos visores vel auditores.

Sig+num Raimundus Guillelmi de Odena. Sig+num Berengera eius⁵ mulier. Sig+num Guillelmi Raimondi senescalci. Sig+num Guillelmus de Montcada. Sig+num Raimondus de Montcada. Sig+num Petrus Sancti Menato. Sig+num Poncius, presbiter de Sancti Salvatoris. Sig+num Guillelmus de Sobarbar. Sig+num Bernardi Ferrarii. Sig+num Berengarii de Terracia*.

Bernardus presbiter, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo (senyal) supra.

1. i afegida a la interlínia. 2. o afegida a la interlínia corregeix a expuntuada.
3. nec afegit a la interlínia. 4. ununum al text. 5. eius afegit a la interlínia.

1010

1157, febrer, 1

Empenyorament. *Guillem de Sobarbar empenyora al prevere Ponç tots els drets que té a Sabadell i sobre una parellada, situada vora la vila, per raó d'un deute d'onze sous.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 299, 138 × 257 mm. Bon estat de conservació, malgrat l'enfosquiment del pergami i algunes taques.

Sit notum cunctis quoniam ego Guillelmus de Subbarbero debeo tibi Poncio presbitero solidos XI denariorum bone monete Barchinone. Propter quos impignero tibi totam meam partem et meum directum quod habeo in villam Sabatelli et in pariliatam que est iuxta ipsam villam, simul cum toto meo¹ senioratico et cum omnibus meis sensis et adiximentis et adapturis et serviis et expletis quod habeo et teneo et habere debeo in predictam villam et in predictam pariliatam, integriter, in omnibus locis. Et affrontat iamdictam villam et pariliatam a parte orientis in merchatallo, a meridie in via que vadit de ecclesia ad Subbarberum, ab occiduo in fevo de Arrahona, a circio in alodium Sancti Cucuphatis et in via que vadit de Subbarbero ad molendinos de Garriga. Quantum infra istos quatuor terminos habeo et teneo et habere debeo per omnes voces, sic impignero tibi. Tali pacto ut totum, potenter et integriter, habeas et teneas et possideas et expletes tui et tui hominis per te in sana pace de ista festivitate Pasche prima veniente usque ad aliam festivitatem Pasche; et tunc reddam tibi iamdictos solidos denariorum sine tuo engan et tu mihi hanc cartam sine mora. Quod nisi ita fecero, deinde non liceat mihi redimere predictum pignus nisi in festum Pasche et sic vadat semper prenominatum pignus de festo in festum Pasche usque reddam tibi vel tuis iamdictos XI solidos denariorum, sine tuo engan. Est supranominata omnia in chomitatu Barchinone, infra terminos Arrahone, in parroechia Sancti Felicis et in iamdicto loco Sabadel. Et non liceat mihi hoc pignus redimere nec trahere de tua posse per alterium opus nisi de tuo proprio avere et in

tuum dominium retinere. Si quis hoc pignus infringere voluerit, nil valeat, set in duplo componat.

Quod est actum kalendas februarii, anno XX regni regis Ledoyci iunioris.

Sig+num Guillelmi de Subbarbero, qui hoc pignus facio et laudo et firmo firmarique rogo.

Sig+num Cuguiada. Sig+num Poncius presbiteri. Signum+Guillelmi subdiachoni.

Signum+ Bernardi levite, qui hoc scripsit die et anno quod supra.

1. tota mea *al text*.

1011

1157, març, 13

Venda. *Berenguer de Guàrdia, fill del vescomte Reverter, ven a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, el castell de la Guàrdia de Montserrat amb tota la muntanya de Montserrat pel preu de trescents morabatins d'or, un cavall i una mula.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 301 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac E, núm. 479), 258 × 338 mm. Bon estat de conservació.
 B [Còpia del final del segle XII, perduda, *Liber feudorum maior*, f. 354.]
 a CODOIN, IV, doc. LXXXIX.
 b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 343.
 c RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, doc. 182.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 703. — KOSTO, *Making agreements*, p. 257. — ZIMMERMANN, *En els orígenes*, p. 112. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 177.

Cunctis sit manifestum qualiter ego Berengarius de ipsa Guardia, filius qui fui Revertarii vicecomitis, libenti animo et bona voluntate, vendo tibi domno Raimundo Berengarii, Barchinonensium comiti, et tuis meum castrum de ipsa Guardia, cum toto ipso monte Montis Serrati in quo hedificatum est et cum omnibus suis terminis et pertinenciis et tenedonibus cultis et heremis, cum montibus et planis, garricis et silvis et rochas, vieductibus et reductibus, cum aquis et aquarum meatibus, cum introitibus et exitibus suis et cum omnibus que ad iamdictum castrum pertinent vel quocumque modo pertinere debent, sicut melius habeo vel habere debeo per vocem genitorum meorum et per alias quaslibet voces et unquam genitores mei melius habuerunt et tenerunt sive habere debuerunt quibuscumque modis et vocibus. Sic eadem supranominata omnia

integriter et que de termino eiusdem castri modo vel in antea inveniri poterint vendo tibi predicto Raimundo Berengarii, Barchinonensium comiti, tuisque successoribus ac, ut melius dici vel intelligi sive nominari potest, ad tuum tuorumque salvamentum, de meo meorumque iure et dominio in tuum tuorumque successorum trado dominium et potestatem ad tuum proprium, plenissimum, liberum et franchum alodium, secure et libere ac quiete et in sana pace, iure perpetuo omni tempore possidendum, ad quicquid ibi vel exinde facere vel iudicare volueris, plenam et integram in Dei nomine habeas inde tu et tui libertatem et potestatem, sine ullo meo meorumque retentu et sine ulla voce ibi a me vel a meis¹ ullo modo retenta et sine vinculo ullius hominis vel femine et absque ullius contrarietatis obstaculo. Accipio namque a te prelibato Raimundo comite pro hac vendicione CCC morabetinos bonos aiadinos in auro, sine engan, et cavallum unum et mulum unum. Et de isto precio nichil apud te remansit. Et est manifestum. Si quis hanc venditionem violare vel infringere temptaverit, nil valeat, sed supradicta in duplo componam sive componat. Et insuper hec venditio omni tempore maneat firma.

Acta est III idus marcii, anno XX regni Ledovici iunioris, annus Dominice Incarnationis millesimus² C°L°VI°.

Et fuit facta hec venditio in presencia Guillelmi, Barchinonensis episcopi, et Guillelmi Raimundi dapiferi et Guillelmi de Castro Vetulo, Raimundi de Podio Alto, Bernardi de Bello Loco et Mironis de Luciano et Raimundi de Castelleto et Bernardi Marcucii et Petri Arnalli vicarii atque Petri Arberti.

Signum+ Berengarii de Guardia. Sig+num Ermessendis uxoris eius. ³.*برنگیر بن ربرتار qui hec laudo et firmo firmarique rogo.

Sig+num Guillelmi*, Barchinonensis episcopi +. Sig+num Guillelmi Raimundi dapiferi. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. Sig+num Raimundi de Podio Alto. Sig+num Bernardi de Bello Loco. Sig+num Mironis de Luciano. Sig+num Raimundi de Castelleto. Sig+num Petri Arberti. Sig+num Bernardi Marcucii. Sig+num Petri Arnalli, vicarii Barchinone.

Sig+num Petri de Corron scriptoris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *Al text ibi vel a meis a me amb un senyal d'avís que indica l'ordre correcte.*
 2. u *corregeix* o. 3. Birinkir ban r.b.rtâr, *equivalent a* Signe de Berenguer Reverter. *Agraïm la lectura, transcripció i traducció d'aquest antropònim al senyor Theodor Loinaz i a la senyora Dolors Bramon, del Departament de Filologia Sèmítica de la Universitat de Barcelona.*

1012

[c. 1157, abril, 5]

Sentència. *La cúria de Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, dirimeix les qüestions entre aquest i Galceran de Sales.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 12 (olim arm. 4 Girona, sac F, núm. 410), 260 × 288 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII perduda. Liber feudorum maior, II, f. 10.]

a CODOIN, IV, doc. CXLVI.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 511.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 397-398, 491, 655. — KOSTO, *Making agreements*, pp. 245, 278. — SABATÉ, *Judici*, pp. 133, 136, 139. — ZIMMERMANN, *En els orígenes*, p. 64.

Datem per document relacionat, núm. 1013, atès que considerem que el judici general devia ser anterior al particular per Sant Joan de les Abadeses.

Hoc est iudicium a Barchinonensi curia legaliter et usualiter datum super querimoniis et responsis a dompno Barchinonensi comite et a Gaucerando de Salis factis. Auditis itaque ac discussis utriusque partibus rationibus, iudicavit predicta curia quod si comes poterit probare per idoneos testes quod Gaucerandus ei fallisset de suis ostibus et cavalcatis atque serviciis que comes per se aut per suum nuncium ei mandasset; et possit probare quod ostem de Lorca comes mandaret suis baronibus in nomine de bataia, sciente Gaucerando, emendet ei totum Gaucerandus in duplo. Quod si probare nequiverit, expiet se Gaucerandus per sacramentum propria manu quod comes per se aut per nuncium suum ei hoc non mandaverit nec scierit eum suis baronibus hoc mandasse. Iudicavit iterum quod totum malum et dampnum quod Arnallus de Salis cum hominibus Gaucerandi fecit Raimundo Ville Mulorum apud castrum de Toraies sive in ipsa sacraria, quia predictus Raimundus erat cum domino suo com[ite], emendet ei Gaucerandus in duplo et desonorem ad potestatem cum avere et cum sacramento a meliori homine ipsius cavalcate facto. Item iudicavit ut malum quod Arnallus de Salis fecit homini Sancte Eulalie, quem comes dicit esse suum, postquam comes fecit inde clamorem Arnallo de Salis et Gaucerando, oferendo¹ eis directum de homine, quia videtur hoc fecisse ad² dedecus comitis, emendet Gaucerandus desonorem domino suo comite et malum predicto homini in duplo, salvo iure suo. Item iudicavit quod si comes posset probare quod Arnallus de Sales vel sui aliquid abstulissent de manso predicti hominis et comes posset probare predictum mansum esse suum, reddat et restituat Gaucerandus eidem manso

quiquid inde ablatum sit in duplo et invasionem comiti sicut continetur in lege; et postea discutiatur cuius sit iuris predictus homo comitis an Gaucerandi et utraque pars hoc per testes vel scripturam ostendat. Iudicavit curia quod fortitudinem novam quam Gaucerandus fecit apud Polium sine licentia comitis stet inde ad voluntatem comitis destruendi aut remanendi sicut in lege usuaria continetur. Iudicavit item quod castrum de Corneliano, mortuo Bernardo Iohane sine legitima prole, in manu comitis debuit devenire absque aliquo impedimento, secundum legem usuarium que precipit omnia alodia exorcum in potestatem principis devenire, salvo iure heredum. Et iudicavit quoniam comes preferivit directum Gaucerando de predicto castro Corneliano antea quam liberaret illud Guillelmo de Corneliano qui sui iuris esse dicebat et Guillelmus de Corneliano donaret suum ius predicti castri Raimundo Ville Mulorum cum consilio comitis, quia Gaucerandus noluit recipere a comite directum et facere totum malum quod postea Gaucerandus et sui fecerint hominibus comitis ac occasione, emendet et sustineat suum et desonorem comiti cum sacramento. Quia sicut malum quod factum est per fatigationem de directo nullatenus debet esse emendatum, ita illud quod factum fuerit super offerimentum de directo nullatenus debet remanere ut non sit redirectum. Iterum iudicavit quod omnes missiones et perdas quas Gaucerandus et sui fecerunt in servicio comitis per mandatum comitis vel suorum, emendet ei comes sicut Gaucerandus poterit averare. Iudicavit etiam quod malum quod Bernardus de³ Bestrecano fecit in honore Sancti Michaelis Coxianensis redirigat totum et abbas Sancti Michaelis dstringat secundum posse suum Raimundum de Ribes ad faciendum directum predicto Bernardo de Bestrekan. Iudicavit quod omnes toltas et forcias quas Arnallus de Sales et homines Gaucerandi fecerint in villa de Romaniano que non continentur in carta que est inter Gaucerandum et Sanctum Petrum Campi Rotundi, quam Gaucerandus asserit se laudasse et confirmasse, restituat Gaucerandus abbati vel preposito Campi Rotundi nec ulterius ibi ab ipso vel suis consimilia fiant. Iudicavit quod si prior Sancte Marie Bisilluni poterit probare Gaucerandum vel patrem suum aut avunculum dedisse vel stabilisse honorem de Dan, postquam pater Gaucerandi et avunculum eius diffinierunt predictum honorem cum carta prelibate Sancte Marie, prefatus Gaucerandus destruat et defaciat ipsum stabilimentum et predictus honor de Dan redigatur solide et libere in manu prioris et canonicorum Sancte Marie Bisilluni. Quod si in probatione

defecerit secundum instrumentum ipsius carte, nullum dominium nullumque senioraticum habeat Gaucerandus vel sui in predicto honore vel in milite predictum honorem tenente; et miles aut dimittat honorem priori aut stet ei inde ad ius. Iudicavit curia quod si comes posset probare hominem vel homines Gaucerandi minuisse vel peiorasse migeras mercati Bisilluni, quia dedecus est potestatis et detrimentum patrie, qui victus vel victi fuerint inde in manum comitis cum eorum proprietate deveniant. Quod si in probacione comes defecerit, quia Gaucerandus recognoscit predictas migeras homines suos desuper efluentibus fecisse rasas videtur indicium clamoris comitis, expient se prescripti homines Gaucerandi nullam fraudem vel engannum ibi fecisse eis scientibus per sacramentum et iudicium aque⁴ calide sive per bataia.⁵

1. re afegit a la interlínia. 2. ad afegit a la interlínia. 3. de repetit. 4. q corregeix c. 5. Al marge inferior dret s'intueixen algunes lletres, que estan ratllades.

1013

1157, abril, 5. Girona

Sentència. *La cúria de Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, dicta sentència en el plet entre el monestir de Sant Joan de les Abadesses i Galceran de Sales per l'honor d'Ogassa.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 304, 308 × 147 mm. Bon estat de conservació.

B Còpia de la primera meitat del segle XIII, feta per Guillem, sacerdot. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 304 dupl., 228 × 118 mm. Bon estat de conservació.

Cit. JUNYENT, *El monestir*, p. 58. — KOSTO, *Making agreements*, p. 278. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 99.

Anno Dominice Incarnacionis C^oL^oVII^o post millesimum datum est hoc iudicium inter ecclesiam Sancti Iohannis et Gaucerandum de Sales¹ super querimoniis et responsis hinc inde factis, ante presenciam domni² Raimundi, Barchinonensium comitis, Aragonensium principis et marchionis. Conquestus est siquidem Poncius, predicte ecclesie abbas, quod Gaucerandus de Salis³ auferret ei omnem illum honorem de Aquaca⁴ quem Arnallus Iohannis pater eius et Berengarius Arnalli avunculus predicti Gaucerandi dimiserunt, diffinierunt⁵ et ex toto deliberaverunt et in potestate predicte ecclesie et habitancium in ea, cum scriptura quam ipse proferebat, perpetuo habendum tradiderunt. Ad hec sic respondit Gaucerandus quod honorem predictum nunquam tenerant habitatores ecclesie⁶ Beati Iohannis postquam scriptura quam abbas

proferebat fuit facta. His itaque rationibus diligenter auditis atque discussis, iudicaverunt in curia predicti comitis Guillelmus, Sancti Felicis abbas, et Borrellus iudex atque Arnallus de Lercio et Dalmacius de Petra Incisa quod predictus abbas per idoneos testes probaret habitatores ecclesie Beati Iohannis possedisse honorem quem acclamabat⁷ de Aquacia postquam carta quam proferebat fuit facta; et si facere posset, iudicaverunt honorem cum fructibus integritate abbati supradicte ecclesie restitui a tempore s[c]ilicet⁸ quo predictum honorem habitatores predictae ecclesie acclamaverunt; et si in probacione⁹ deficeret, predictus abbas Gaucerandus prestat sacramentum se nescire hunc honorem ecclesiam Beati Iohannis tenuisse postquam iamdicta carta fuit facta. Quo facto, nisi hanc cartam poterit Gaucerandus legaliter et rationabiliter infirmare, iudicaverunt ut ecclesia Beati Iohannis perpetuo habebat quod per eam ei assignatum est.¹⁰

Scriptum est hoc iudicium apud Gerundam et datum per manum Borrelli iudicis nonas aprilis, anno XX regni regis Leudovici iunioris.

Signum+ Raimundi comes.

Berengarius*, Gerundensis episcopus. + Guillelmus*, Sancti Felicis abas.¹¹ Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Dalmacii de Petra Incisa. (*Senyal*) Petrus Borrelli*, sacrista et iudex.

Iordanus levita scripsit hec sub die et anno (*senyal*) quo supra.¹²

1. Salis B. 2. dompni B. 3. Sales B. 4. Aquaza B. 5. difinierunt B. 6. habitatores predictae ecclesie B. 7. acclamabat B. 8. *Manca*; scilicet B. 9. ne *afegit a la interlínia*. 10. *Segueix A, sense cancel·lar*. 11. abbas B. 12. B *acaba*: Guillelmus sacerdos, qui hoc translatum scripsit.

1014

1157, abril, 29. Lleida

Sentència. *La cúria de Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, dicta sentència sobre les querelles entre aquest i Pere de Puigverd.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 305 (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac H, núm. 405), 499 × 410 mm. Bon estat de conservació.
 B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 280.]
 a CODOIN, IV, doc. XCIX.
 b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, 1, pp. 269-273, doc. 253.
 c SANS I TRAVÉ, *Col·lecció diplomàtica*, núm. 44, pp. 122-126.
 Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 442, 453, 492, 505. — BOFARULL, *Los condes*, II, p. 117. — KOSTO, *Making agreements*, pp. 123, 278. — PEDEMONTE, *Notes*, p. 111.

— ROVIRA I VIRGILI, *Història nacional*, p. 541. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 112. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, pp. 67, 180.

Hoc est iudicium quod dederunt iudices a domno Raimundo Berengarii, comite Barchinonensi electi in civitate Ilerda, coram quamplurimis nobiles viris, Ermengaudus videlicet Urgellensi et Arnallo Mironis Palearensi, comitibus, et Raimundo Fulchonis vicecomite et Guillelmo Raimundi dapifero et Gaucerando de Pinos et Guillelmo de Castro Vetulo et Raimundo de Villa Mulorum, comitoribus, et episcopis Barchinonensi et Ilerdensi et aliis multis, tam Barchinonensibus quam Aragonensibus seu Urgellensibus, clericis, militibus atque burgensibus, super querimoniis et responsis racionatis et placitatis inter comitem Barchinonensem et Petrum de Podio Viridi. Iudices quidem fuerunt supradicti episcopi et Palearensis comes et Borrrellus, Gerundensis iudex, et Guillelmus de Castro Vetulo et Barchinonensis sacrista et Raimundus de Villa Mulorum et Raimundus de Podio Alto et Berengarius de Turre Rubea et Bernardus de Mossed, Elenensis archidiaconus, et Bernardus Marcucii et Petrus Arnalli, vicarius Barchinone. Et ex parte comitis, sue racionis assertores et defensores, Guillelmus Raimundi dapifer, et Petrus, Vicensis sacrista; et ex parte Petri contra istos, Guillelmus, Urgellensis sacrista, et Gaucerandus de Pinos et Miro Guillelmi de Podio Viridi.

Primum, conquestus est dominus comes de supradicto Petro quod auferebat ei suum alodium, quod multo labore et magnis expensis recuperaverat de manibus sarracenorum, castrum videlicet de Pennafreta et de Apiera cum teminis suis, addens etiam quod turpiter et percuciendo eiecerat suos homines ex isto alodio ipse Petrus. Ad hoc respondit Petrus quod quidam avunculus suus, Arnallus Petri videlicet, adquisierat castrum de Pennafreta per donum Raimundi Berengarii Vetuli, comitis Barchinonensis, et uxoris sue Adalmodis et filiorum suorum Raimundi Berengarii et Berengarii Raimundi, ad fidelitatem ipsorum quatuor successorumque suorum, sicut in scriptura adquisicionis et conveniencie resonare cognitum fuit, quam in placito ostendit. Castrum vero de Apiera ipse idem Arnallus Petri adquisierat a comite Urgellensi Ermengaudus in alodium, qui Ermengaudus adquisierat illud castrum de Apiera cum castro de Barberano per donum Berengarii Raimundi supranominati, asserens hoc esse verum per scripturas quas in placito demonstravit. Et in scriptura quam Berengarius Raimundi fecerat Ermengaudus continebatur quod per istum donum prefatus Ermengaudus faceret ei adiutorium et defensionem

contra cunctos homines vel feminas, iuste sive iniuste; et ob hoc, defuncto Arnallo Petri predicto et filio suo, evenisse hanc acquisitionem Vidiano patri suo et ex ipso, per testamentum, ad ipsum Petrum; asserens etiam has adquisiciones per supradictas voces longa possessione habuisse et modo in presenciarum habere ad ipsam eandem fidelitatem que in scripturis resonare videtur. Et dominus comes respondit ad hoc infirmando priorem scripturam Raimundi Berengarii Vetuli, videlicet ob hoc, quia nomina auctorum non erant inibi subsignata manibus propriis, sicut in aliis scripturis quas ipsi fecerant inveniri poterat. Ipsam vero scripturam quam Berengarius Raimundi fecerat Ermengaudo, comiti Urgellensi, dicebat et credebat non esse veram, tum quia vocavit se regem Barchinone, cum non esset nec locus regalis, tum quia erat rasa ad dampnum auctoris, tum quia non erat subsignata propria manu auctoris sicut in aliis scripturis facere solitus fuerat, tum quia fuerat facta scriptura ipsa in diebus Raimundi Berengarii Vetuli, patris Berengarii Raimundi, secundum tenorem annorum, sicut resonat in ipsa eandem scriptura; et etiam dicebat Berengarium Raimundi hunc honorem, neque alium, habuisse vivente patre suo; immo hanc eandem scripturam, si veram stare constiterit, factam fuisse post mortem Raimundi fratris sui, quem ipse Berengarius Raimundi iniuste et fraudulenter occidi fecerat et ex hoc et propter hoc fuit convictus et comprobatus ad homicidam et traditorem in curia Eldefonsi, regis Castellanorum, sicut multi huius terre homines noverunt. Dicens ob hoc dominus comes scripturam aliam quam Emengaudus Arnallo Petri fecerat, nec possessionem per vocem istarum scripturarum invalidarum possessam, nullum valorem habere nec habuisse. Ad hec respondit Petrus de Podio Viridi scripturam Raimundi Berengarii Vetuli et Berengarii Raimundi filii sui non esse minus bonas quia non erant subsignate propriis manibus auctorum, quia ipsi multas alias scripturas consimilibus signis subsignatas fecerant, quas firmas et stables ex iure stare constabat; et de rasura respondit ipsam non fecisse, nec aliquem se sciente, ad dampnum auctoris; et de hoc quod dominus comes dicebat¹ scripturam factam fuisse vivente Raimundo Berengarii Vetulo, respondit Petrus hoc se nescire, affirmando, si factum foret, Berengarium Raimundi prefatum honorem per donum patris sui adquisivisse; et quia comes dicebat in sua defensione scripturam ipsam esse factam post mortem Raimundi Berengarii, quem frater suus Berengarius Raimundi occidi fecerat, negavit hoc Petrus, asserens scripturam esse

factam in vita prefati occisi, facta divisione istius honoris, et ob hoc valere scripturas cum sua possessione. Iterum dominus comes addidit in sua defensione quia filius Arnalli Petri obierat intestatus et sterilis, prefatum honorem ad dominum qui ipsum dederat vel ad suos heredes debere reverti, secundum suam cognicionem vel secundum mores curie Barchinonensis. Tandem, auditis utriusque partis rationibus cum suis obieccionibus et defensionibus, iudicaverunt predicti iudices quod si dominus comes infirmare potuerit scripturas sibi obiectas per aliarum scripturarum contropacionem manibus propriis subsignatarum, vel potuerit probare scripturam a Berengario Raimundi factam, ut asserit, in vita patris sui Raimundi Berengarii Vetuli, vel potuerit probare testibus vel scriptis fuisse factam post mortem fratris Berengarii Raimundi, prefatum honorem comiti iure debere reverti et in sua possessione manere absque aliquo impedimento, libere et quiete. Comite, vero, in his deficiente, si Petrus de Podio Viridi suas scripturas confirmare potuerit per aliarum scripturarum contropacionem, sicut superius in sua defensione proposuit, vel per illas alias rationes, id est, quod Raimundus Berengarii Vetulus dedisset ipsum honorem qui continetur in ipsa scriptura a Berengario Raimundi comiti Ermengaudo facta in vita sua, vel Berengarius Raimundi fecisset hoc donum vivente fratre suo, facta divisione, racionabiliter ipsum Petrum in sua possessione manere, salvo iure comitis, secundum mores Barchinonensis curie de intestatis et exorchis militibus constitutos. Deinde conquestus est Petrus de domino suo comite quod ivit cum eo in Narbonenses partes et in Aragonem et fecerat ibi multas perdedas et non erat paccatus neque de servicio neque de ipsis perdedes. Et dominus comes respondit quod secundum suam estimacionem, per donum et emendas quas sibi fecerat, Petrum debere remanere paccatum vel, si non esset, ad iudicium stare. Super hoc iudicaverunt Petrum debere probare per testes vel per averamentum, secundum morem Barchinonensis curie, quod sibi deficit de istis perdidis; et quod probaverit vel averaverit reddat ei dominus comes. Iterum conquestus est Petrus super ipso comite quod iverat secum in exercitu Lorcha cum X^{cem} militibus et fecerat ei convenienciam quod daret unicuique militi XXX^a morabetinos per unumquemque mensem. Hoc negavit comes, addens in sua defensione quod de convenienciis quas sibi fecerat pro ipso exercitu ita paccaverat eum ex suo avere; quod, facta paccacione, nullam querimoniam ex isto exercitu super ipsum retinuit, se sciente. Et Petrus respondit de predicta convenienciam

comitis nullo modo fore peccatum nec confiteri se esse peccatum. Super hoc iudicaverunt quod si comes probare potuerit Petrum de predicta conveniencia fore peccatum vel confiteri se fuisse peccatum, comitem ex hoc in nullo sibi debitorem existere; sin autem, predictus Petrus dicat per sacramentum ista duo non esse vera et, facto sacramento, quiquid probare potuerit quod dominus comes sibi conveniret pro isto exercitu, compleat ei comes quod factum non esse co[n]stiterit.² Ad ultimum, conquestus est comes super predicto Petro quod fregerat suos caminos et rapuerat suis mercatoribus vel in sua defensione positis, suos trossellos et suum avere et omnia que secum portabant, ad dedecus et obprobrium comitis, valens XXⁱ milia solidorum. Quod Petrus non negavit, set dixit hoc fecisse ex absolucione comunis consilii, tam comitis quam episcoporum, et magnatum seu nobilium huius patrie virorum. Et comes respondit fecisse absolucionem de conducto et armis que mitebantur in Ilerda, set de aliis causis nunquam fecisse. In hoc iudicaverunt quod si Petrus probare potuerit comitem hanc permissionem fecisse vel permisisse ita plenarie, ut ipse asserit, ex omnibus causis, comes super ipsum nichil requirat ex hoc; si vero in probacione defecerit, redirigat Petrus omnia malefacta, preter cibum³ et arma, ipsis qui perdidierunt vel comiti, secundum quod ipse comes iudicare fecerit, et obprobrium comitis secundum mores Barchinonensis curie. Conquestus iterum comes de quodam milite suo, Arnallo videlicet de Uliola, qui fregerat ei suos caminos et fecerat ei multa mala ex suis castris et cum suis hominibus; quod Petrus omnino de suis castris et suis hominibus, se sciente, negavit, inferens hanc querimoniam ipsi Arnallo a domino comite esse finitam; quod dominus comes de fine negavit. Iudicaverunt ergo quod si Petrus de fine querimonie comitis probare potuerit, nichil comes ab ipso Petro amplius ex hoc requirere debet; Petro in probacione deficiente, quicquid mali dominus comes probare potuerit factum fuisse sibi vel suis ex castris Petri vel cum suis hominibus, redirigat ei Petrus vel faciat ei Arnallum ad iusticiam stare; set si comes probare noluerit, dicat Petrus per sacramentum non esse verum quod comes obicit. Iterum quidam milites, videlicet [...],⁴ conquesti sunt de supradicto Petro quod auferebat eis suas adquisiciones quas antecessores sui fecerant ex comitibus Barchinonensibus, sicut in scripturis quas protulerunt resonabat, loca et terminos demostrantibus. Et Petrus respondit suos antecessores⁵ adquisivisse quod ipsi clamabant a comitibus Barchinonensibus per scripturas anteriores et

longa possessione usque ad istud tempus tenuisse, scripturas suas in placito ostendens. Et prefati milites his scripturis responderunt non esse bonas nec stabiles ex obiectionibus a comite; illis scripturis obiectis, nec possessionem quam asserebat antecessores suos nec ipsum Petrum legaliter tenuisse. Super hoc iudicaverunt quod, si Petrus probare potuerit hoc esse verum quod asserebat, tam de scripturis quam de possessione, iuste tenere quod possidet, salvo iure comitis superius scripto, secundum mores Barchinonensis curie de intestatis et exorchis militibus constitutos; si vero in probacione defecerit, predicti milites habeant illud quod amitunt et querunt, sicut in scripturis eorum resonare videtur. Super his omnibus iudicaverunt predicti iudices Petrum debere facere securitatem domino suo comiti in sua manu vel alterius et consimilem securitatem accipere ad complenda et accipienda ea que iuste iudicata sunt in supradicto iudicio, secundum legem illam in qua dicitur ut ambe causancium partes placito distringantur, que lex est in libro Iuris secundo, titulo secundo, capitulo III^o, incipiens ita: «sepe negligencia iudicium vel saionum».

Datum fuit iudicium in civitate Ilerda, III^o kalendas maii, anno Incarnacionis Dominice M^oC^oL^oVII^o regisque francorum Leduici iunioris XX^o.

Sig+num Arnalli Mironis, comitis Palearensis. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. Sig+num Raimundi de Villa Mulorum. Sig+num Raimundi de Podio Alto. Sig+num Berengarii de Turre Rubea. Sig+num Guillelmi*, Barchinonensis episcopi +. Sig+num Bernardi de Mosseto, Elenensis archidiachoni. Signum Guillelmi*, Ilerdenssis episcopi.

(*Senyal*) Petrus Borrelli*, sacrista et iudex. Petrus*, sacrista (*senyal*).

Sig+num Poncii scribe, qui hoc scripsit die et anno prescripto.

1. Al text dominus dicebat comes, amb un senyal d'avís que indica l'ordre correcte del text. 2. Manca. 3. Segueix cibum, ratllat. 4. Espai en blanc de 138 mm, deixat per escriure-hi els noms. 5. suos antecessores afegit a la interlínia.

1015

1157, abril. Lleida

Donació. Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, dóna a Garcia Almoravid les viles de Roncesvalles, Urroz i Oba-

nos i tota la terra treballada que el rei Alfons I d'Aragó havia tingut a Gallipienzo.

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 302 (*olim* arm. 30 testaments reials, sac B, núm. 14), 197 × 343 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 489. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 40. — ZIMMERMANN, *En els orígenes*, p. 67.

L'any de l'Encarnació i l'era hispànica no són coincidents. Datem per l'any de l'Encarnació.

Sit notum omnibus hominibus quoniam ego Raimundus, Dei gratia comes Barchinonensis regnique princeps Aragonensis, dono tibi Garcie Moravid totam ipsam villam que dicitur Ronzas Valles, integriter et potenter, cum omnibus directis et usaticis suis et cum omnibus leztis et iusticiis suis et cum omnibus pertinentiis suis et cum omnibus terminis, cultis et eremis, cum aquis et pascuis, cum omnibus in se existentibus et ad eandem villam qualicumque modo pertinentibus et cum omnibus ad regiam dignitatem pertinentibus. Et iterum dono tibi, firmiter et integriter, totam ipsam villam que dicitur Urruoz cum omnibus suis terminis et pertinentiis, cum mercatis et leztis suis et cum omnibus sibi pertinentibus et cum omnibus que ad regalia pertinent vel pertinere debent. Itemque dono tibi totam ipsam villam que dicitur Ovanus, cum omnibus terminis et pertinentiis suis, cum aquis et paschuis et cum omnibus ad regalia pertinentibus. Et dono tibi in Galipenz totam ipsam laboracionem bovum,¹ firmiter et integriter, quam rex Adefonsus ibi tenebat in dominio. Omnia vero superius scripta ego iamdictus comes Barchinonensis, princeps Aragonensis, dono supranominato Garcie Moravid et omni generacioni tue sive posteritati, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate, in perpetuum, per secula cuncta.

Facta ista carta mense aprilis, apud Ilerdam civitatem, quando comes venit de Provincia, superato Ugone de Baucio et sociis eius, in era millesima C^a LXXX^aIIII^a, anno ab Incarnacione Domini millesimo C LVII. Regnante sive dominante me Raimundo comite in Aragona, in Suprarbe, in Ripa Curza et in Cesaraugusta et in Calataiu et in Darocha. Episcopo Dodone in Oscha. Episcopo Petro in Cesaraugusta. Episcopo Lupo in Pampilona. Furtuun Acenarez in Tarazona et in Uno Castello. Frontino in Elsona.²

Sunt testes: Arnallus Mironis, comes Palearensis, Ferriz, Arpa, Deus Aiuta, Alamannus de Luna.

Sig+num Guillelmi Raimundi senescalc. Sig+num Raimundi de Podio Alto. Sig+num Berengarii de Turre Rubea. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. Sig+num Arberti fratris eius. Sig+num Geralli de Iorba.

Poncius, scriptor comitis, hoc scripsit et hoc sig+num de manu sua fecit, superpositis literis in linea VII^a.

1. bovum *afegit a la interlínia.*
2. *Manca la subscripció del comte.*

1016

1157, maig, 24

Definió. *Pere de Redorta, bisbe de Vic, renuncia als drets sobre l'església de Sant Martí d'Ogassa a favor de l'abat Ponç i del monestir de Sant Joan de les Abadesses.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 307, 179 × 309 mm. Bon estat de conservació.

a MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, pp. 372-373.

Cit. JUNYENT, *El monestir*, p. 58.

Anno Dominicę Incarnationis C^oL^oVII^o post millesimum, facta est hęc scriptura diffinitionis de ęcclesia Sancti Martini de Aquacia inter Petrum, Ausonensem episcopum, et canonicos eiusdem sedis et Poncium, abbatem Sancti Iohannis Rivipollentis, et clericos eiusdem loci. Requirebant namque predictus episcopus et canonici capellaniam predictę ecclesie de Aquacia sui iuris esse debere per dominicaturam et stabilimentum. Quod iamdictus abbas cum clericis suis omnino negavit, ostendens in capitulo prelibatę sedis, coram omni conventu, suis certis rationibus et valentibus scripturis ac idoneis testibus, tam clericis quam laicis, sepedictam capellaniam se et clericos¹ suos et antecessores eorum iuste et legitime acquisivisse et longo tempore rationabiliter possedissee. Unde ego Petrus, Dei gratia Ausonensis episcopus, assensu et voluntate tocius eiusdem sedis conventus, laudo atque confirmo supramemoratam ęcclesiam Sancti Martini de Aquacia cum omnibus ad se pertinentibus tibi Poncio, abbati Sancti Iohannis, et clericis eiusdem loci vestrisque successoribus ad habendum et possidendum eam per dominicaturam et stabilimentum in perpetuum, sine contradictione alicuius personę, salva reverentia Ausonensis ecclesię. Si quis vero contra hanc diffinitionem ad irrumpendum venerit, agere non valeat, sed in duplo componat. Et huius scripturę diffinitio firma permaneat omni tempore.

Actum est hoc VIII kalendas iunii, anno XX regni regis Lodovici iunioris.

Petrus*, Ausonensis episcopus (*senyal*). Signum Guillelmi*, Vicensis primicherii. G[uillelmus]* scriptis favet archidiaconus istis (*senyal*). Scripta libens ista Petrus* confirmo sacrista. Bertrandus* levita. Berengarius* sacriscrinius +. Sig+num Guillelmi de Solario*. Hec eaque laudat Guillelmus* carmine firmat (*senyal*). Bernardus de Sau* firmo (*senyal*).

Petrus* adest testis confirmans scripta fidelis (*senyal*).

Raimundus sacerdos, qui hoc scripsit, cum litteris rasis et emendatis in V linea, die et anno quo (*senyal*) supra.

1. clericos *escrit a sobre d'una raspadura*.

1017

1157, maig, 31

Jurament de fidelitat. *Arbert de Pera jura a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, que li serà fidel pel castell de Roca Mur.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 308 (*olim* arm 2 de Barcelona, sac E, núm. 509), 107 × 133 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació malgrat l'esvaniment de la tinta.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 371.]

a CODOIN, IV, doc. CI.

b MIQUEL ROSELL, *Liber Feudorum*, I, doc. 369.

Iuro ego Arbertus de Petra tibi domno Raimundo Berengarii, comiti Barchinonensi et principi Aragonensi, quod fidelis ero tibi de ipso castro de Rocha Muro ab ista hora in antea et iratus aut paccatus, per quantascumque vices per te aut per tuos nuncios mihi demandaveris, ego reddam tibi vel tuis eundem castrum de Rocha Muro, sine tuo engan, per Deum et hec sancta IIII^{or} Evangelia. Et si tu Raimundus Berengarii non demandaveris mihi ipsum castrum de Rocha Muro per te aut per nuncios tuos, ego Arbertus proferam tibi supradicto comiti reddere ipsum castrum; et postquam castrum recuperatum habueris, essem solutus de predicto sacramento.

Actum est hoc II kalendas iuni, anno XX regni Ledoyci iunioris.

Signum+ Arberti, qui hoc laudo et firmo.

Et fuit hoc factum in presencia Guillelmi episcopi et Bernardi de Bellog et Petri Bertrandi et Arnalli de Raseth et Gaucfridi de Sancta Columba et Guillelmi de Terracia.

Signum+ Petri Bertrandi. Signum+ Gaucfridi de Sancta Columba. Signum+ Arnalli de Raset.

Sig+num Petri de Corron scriptoris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1018

1157, maig. Lleida

Jurament de fidelitat. *Lope, bisbe de Pamplona, a causa del trencament per part del rei de Navarra, Sanç VI, de les treves signades entre aquest i Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, de les quals n'era garant, jura fidelitat a Ramon Berenguer IV mentre en sigui hostatge.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 306 (*olim* arm. 7 Concòrdies Reials, sac de Sant Francesc Xavier, núm. 25), 217 × 254 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

Pateat cunctis fidelibus quod ego Lupus, Dei gratia Pampilonensis episcopus, cernens quamplurima dampna, destructiones ac cedas que diu in terra Navarre incessanter contigerant propter gravissimam guerram et multis timendam quam Raimundus, comes Barchinonensis, princeps Aragonensis, ac Sancius, rex Navarre, diu inter se agitaverant, desiderans et studens tantis malis finem imponere, ante presenciam iamdicti comitis veni eumque, crebris et indefessis precibus meis, rogavi quatenus ipsius pestifere guerre trevam daret. Tandem, sicut episcopalis officii est, cum ad tantum malum sedandum et mitigandum pacem et treguam a supradicto comite diligenter exquirerem, supradictus venerabilis comes ipsam trevam in manu mea dedit et a parte regis Navarre per manum meam accepi. Quam treguam, cum predictus rex Navarre et sui postmodum fregissent et quamplurima malefacta¹ et maxima dampna iamdicto comiti et terre sue Aragonie fecissent et ne iniquitas super iniquitatem iterum aponeretur, ad supradictum comitem rursus accessi et in potestate sua, tam pro restituendis omnibus malefactis quam pro pace reformanda, me ipsum obsidem dedi. Postmodum vero, cum prephatus rex Navarre et sui iamdicta malefacta et dampna supradicto comiti redirigere vel restituere

nollent, prenomiatus comes ex his me sepius requisivit atque comonuit et ad ultimum per internuncios suos et literas domino Pape, de me suam querimoniam fecit, qui mihi propter hoc literas suas et mandatum direxit. Quapropter ego Lupus, Dei gratia Pampilonensis episcopus, visis literis domini Pape Adriani apud Montem Pessulanum et audito eius mandato in mense ianuario, anno Domini millesimo CLVI, tam pro fide mea comiti supradicto promissa quam pro mandato domini mei Pape, cuius preceptis contraire nec possum nec debeo, posui me ipsum et tradidi in manu et in potestate suprascripti Raimundi, comitis Barchinonensis, per ostaticum. Et ei, sub fide mea et ordine, conveni atque promisi ne de ostatico suo aliqua occasione vel ingenio me subtraherem vel exirem, nisi rex Pampilonensis me de isto ostatico traheret grato animo et voluntate comitis et comes iamdictus me inde gratis absolveret, restituitis et emendatis sibi² omnibus supradictis malefactis et dampnis. Unde ego prelibatus Lupus, Pampilonensis episcopus, bona fide ac spontanea voluntate mea, convenio tibi supranominato Raimundo comiti, Aragonensium principi, in vera fide et ordine meo et debita romane ecclesie reverencia, quod deinceps sim tibi fidelis de corpore tuo et de vita tua et de omni honore quem modo habes vel in antea conquirere poteris; et adiuvabo te ac tibi valebo, cum omnibus castris meis et villis quos habeo vel habebo et cum omnibus hominibus meis, contra omnes homines et feminas, sine tuo engan, nisi rex Pampilonensis iamdictus de tuo ostatico me eduxerit et tu inde me absolveris gratis et sine aliqua vi, restituitis tibi et redirectis supradictis omnibus dampnis et malefactis. Et ut suprascripta omnia tibi fidelius ac firmiter compleam et atendam, interpono tibi dominum meum Papam Adrianum in fideiussorem atque patronum ut que superius scripta sunt mente fideli tibi compleam et atendam sine malo ingenio. Et hoc facio tibi asecurari a venerabili Bernardo, Tarrachonensi archiepiscopo, sub cuius diocesi sum constitutus, et a discretis episcopis Barchinonensi atque Cesaraugustano me, sicut suprascriptum est, recta fide et sine aliqua fraude tibi firmiter tenere atque complere. Et ego Raimundus, comes Barchinonensis, princeps Aragonensis et marchio, convenio tibi iamdicto Lupo, per Dei gratiam Pampilonensi episcopo, ut ab hoc die in antea te manuteneam et tibi valeam et contra omnes homines et feminas consilium tibi et auxilium prebeam bona fide, sine engan; et quod non faciam placitum ullum aut trevam cum supradicto Sancio, rege Navarre, aut cum imperatore Castellę ac filiis suis regibus absque

tuo consilio vel voluntate. Et per easdem personas suprascriptas quibus michi asecurasti facio tibi asecurari ut que superius tibi convenio tibi firmiter compleam et atendam sine malo ingenio.

Acta sunt hec in mense maio, apud Ilerdam, anno Domini millesimo CLVII, in presencia episcoporum Barchinonensis et Cesarauguste et Arnalli Mironis, comitis Palearensis, et Raimundi de Podio Alto ac Guillelmi de Castro Vetulo et Guillelmi de Cervera.

Sig+num Lupi, Papiilonensis episcopi.

Sig+num Arnalli Mironis, comitis Palearensis. S+ignum Guillelmi*, Barchinonensis episcopi. Sig+num Raimundi de Podio Alto. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo.³ Sig+num Guillelmi de Cervera.⁴

Signum+ Raimundi comes.

Petrus*, Dei gratia Cesaraugustanus episcopus (*senyal*).

Sig+num Poncii scribe, qui hoc scripsit die et anno quo supra.⁵

1. *Segueix* et dampna, *ratllat*. 2. sibi *afegit a la interlínia*. 3. Castro Vetulo *corregeix* Podio Alto. 4. *Segueix* Castro Vetulo, *ratllat*, i Cervera, *afegit a la interlínia*. 5. Acta sunt hec...die et anno quo supra *escrit per una altra mà*.

1019

1156, juny, / 1157, abril, 25

Memòria. *Relació dels drets comtals a la muntanya de Tagamanent i de les despeses de Vilamajor.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 16 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac B, núm. 278). 740 × 395 mm. Bon estat de conservació.

a BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 11, 604-610, 720-725 (ed. parcial).

b BISSON, *Fiscal accounts*, docs. 2, 4.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, pp. 64, 65, 66. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 168.

Sobre la datació d'aquest document vegeu BISSON, *Fiscal accounts*, I, pp. 49-52.

Hoc breve de exidas: De muntaga de Tagamanent exeunt XXX sestarios de blad et III sestarios de frument. Et de Val d'Ariola, X sestarios de blad et III quartans de frument. De Cartitulo, I^a quarta de blad et III quartans de frument. Et de expletos de Vila Maiore,¹ agrarios,² XXV sestarios de blad, et de decimo, XIII sestarios et I migera de blad, et de locet, VIII sestarios et I emina. Et exeunt de frument, de agrarios,³ III eminas, et de decimo, II sestarios.

[...]XX⁴ regni regis Ledovici iunioris.

Ebdomada prima iunii venit Josbert d'Avalrin et Ponci de Rocha et alios milites de Roseioni, et venient de Sancti Iacobi, et Johan de Loara qui l'giava per mandamento de la reina. Et dispensavi I porc et II parilios gallinas et in pane II solidos e mig et in cibada VII quarteras.

Ebdomada II iuni[i]⁵ venit Guillem de⁶ Pons et Bernat d'Olon et alios milites et escuders, et veniant de Busolon cum A[...]⁷ de Rared et Iohan de Loara, qui hic pasaren II vices, et Bernat de Munels qui anava vas Islerde. Et inter totos dispensavit II porch et III parilios de gallinas et in lumen et sabrer IIII [...],⁸ et in pane V solidos, et in civada IIII eminas.

Ebdomada IIII iunii venit Johan Joanic de Aragón et milites aragonesos et pedonis, et venian de Provensa. Et dispensavi I quartera in pane et I porc et I auca, et in lumen et sabrer III denarios, et in civada V quarteras.

Ebdomada prima iulii venit Arnau de Soler et Arnau de Rared et veniat de Busolon et anavant ad regina ad Barchinonam. Et dispensavi in pane XII denarios, et mig porch et II parilios de gallinas, et in lumen et sabrer II [denarios],⁹ et in civada I emina. Et in ista ebdomada venit pedonos aragonesos et veniant de conte,¹⁰ et remansit I malaute III dies.¹¹ Et dispensavi in pane I quartera et I porc et II parilios gallinas, et in lumen et sabrer II denarios.

Ebdomada IIII iulii, feria VI, venit regina in Villa Maiore et remansit IIII, et dispensavit in pane XI quarteras. Et venres et sabbato dispensavi inter ovos et caseos et olei et lumen et sabrer et cebas VII solidos. Et in die dominica et feria II dispensavi V porchos et IIII parilios capons et V parilios pullorum et emig. Et feria III albergà la regin[a]¹² ad Sancti Celedoni et dispensavi in pane VIII solidos et III porcs et I perna et I auca. Et inter Vile Maioris et Sancti Celedoni dispensavit VI sestarios de vino, et costavit quartera V denarios. Et inter ferar et sabatas et demi fustani VI solidos et VIII denarios; et in civada VII sestarios et III quarteras. Et feria IIII venit Sibília, esteg III die[s],¹³ et venia¹⁴ d'Urgel, et Ponci de Liciano si altre qui venient cum illa. Dispensavi miga quartera de pa et mig porc et I parilios de capons, et [i]n¹⁵ civada III quarteras.

Ebdomada II augusti venit Guillem de Saragosa et Bernat de Vila Francha et esteg II dies. In pane miga quartera et mig

porc et I parilio gallinas, et in lumen et sabrer II denarios, et in civada III quarteras.

Vigilia Sancta Maria mediante augusti venit regina. Et dispensavi inter olei et cebas et piper et alias menutias cuzine II solidos et I denarium, et VII denarios in candelas ad Virginem, et in cera III denarios, et de pan IIII solidos et medium, et vino I sestarium et I quartera, et cibarie II sestarios et II quarteras. Et stert die sancte Marie et ofert XIII denarios et III porcs et I parilio aucas et II parilios gallinas, et dem¹⁶ perna salada et piper II denarios¹⁷ et cera III denarios, et em pan VI solidos et vino I sestarium et VI quarteras et d[e]¹⁸ cibo I sestarium et emina, et dem quartera, et costavit vino VII solidos et VIII denarios.¹⁹

Ebdomada III augusti venit Garcia de Pola del comte cum suos compagons et suos escuders et suo cavallo, esteg II dies, et Bernat de Pera Talada. Et dispenderunt I porc et pane I quartera et in lumen et sabrer II denarios et de cibaria V quarteras, cum pedonos qui venian del comte. Et in ista ebdomada venit Bernardus de Vila Franga et anava ad regina et venia de Penedès, et esteg II dies et dispés VIII fogacas cum suo troter, et depés II parilio de gallinas et civada duas partes de quartera. Et alio die venit Johan de Loara et portava balestas a Narbona. Despés de pan IIII fogaces²⁰ et I parilio gallinas et I civada.

XVII kalendas octobris fuit regina in Villa Maior et dispensavi X denarios in cebas et XI denarios in ovo et XXVII fromages et II denarios in piper, I migera pan, cibo I sestarium et V quarteras dem et III denarios in cera.

In die dominica III porcos, V parilios gallinas et dem perna, I denarium piper, I migera de pan et X fogacas et X quarteras cibaria, IIII denarios in cera.

Feria II ad Sancti Celedoni III porcos et VI parilios gallinas, et in carne salata VIII denarios, et piper I denarium et III medallas sal, et cebas III denarios, et in cera IIII denarios, et em pan VII solidos et VIII denarios, et in vino II solidos et VII denarios, cibo II sestarios et I quartera et III solidos dem en ferar. Et donavit regina ad nuirisa I porc et I sestarium ordei ad mensuram de mercato.

Ebdomada IIII septembris venit Bonofaci de Flixo cum suos escuders et emulas de Guillem Ramon et sua compaga et toroters et Bernat de Ricla et uno escuder de Sibília, et venia d'Urgel, et alio escuder de comtesa de Urgel et I escuder de Bernat de Ri-

cla, qui esteg II noctas, et Arnau de Perela dispensavi I porc et I quartera de pan et I parilios de galinas et in lumen et sabrer II denarios et in civada V quarteras. Et in esta ebdomada venit archiepiscopus de Sancti Iacobi, et venia de Roma, et Petrus de Regadel, qui-l giava. Et dispenderunt in civada III sestarios et III solidos et in alias causas VIII solidos.²¹

Ebdomada prima octuber venit Petro, nepoto de comte, et Robert Ugo, Bernat Vino Francho et I abbas de l'emparador et ivit ad reg de Franca et dispensavit I porc et II parilios de galinas et in lumen et sabrer II denarios, et I quartera de pan et in civada VIII quarteras.

Alia ebdomada venit Petrus de Ragadel et Bernat de Ricla et veniant de episcopo de Sancti Iacobi que aviant giad, anavant de vas lo comte, et escuders ar[a]gonessos²² et Bertran Cogo et Petrus de Operatori, qui venia ab draps de la regina de Barchinona, et Bernat de Salran²³ et filio de na Pagesa et Guillem de Buschà, escuder de la comtesa, et venia de la regina et dispensavi I porc, et lumen et sabrer II denarios, et I quartera de pan et civada VII quarteras.

Ebdomada III october venit comtesa Maria de Biarn et Micholad de Iacha et aragonesos et Pere d'Oscha, Pere de Operatori ab ademulas de la reina et anava²⁴ ab²⁵ draps ad Barchinonam, et II cavalers aragonesos que venian del comte de Proensa et adfachim que anava de vas lo comte. Et dispensavit I quartera dem de pan et I porc et intre l'alfachim et alios V parilios de capons et in lumen et sabrer IIII denarios et in cibaria X quarteras.

Ebdomada IIII october²⁶ venit Guillem de Sanct Menad, et anava al comte, et Bernat de Senteias qui-s partia²⁷ de la r[e]jina²⁸ et merchaders qui veniant cum illo, et don Pedro²⁹ de Bel et alios³⁰ aragonesos qui venian del comte. Et dispensavit I porc et em pan I quartera, II parilios de capons, de cibera I sestarium.

Ebdomada prima novembris venit Ramon de Subirans, qui venia del comte, et jonovesos et merchaders qui anavant cum illo. Et dispenderunt in pane I migera et II porcos et III parilios de capons et in lumen et sabrer XII denarios et in civada XV quarteras dem. Et in ista ebdomada venit Sanxo de Lusua et Petro de Bel et alios aragonesos qui veniant del comte et mercaders qui anavant cum illos, qui aver los aviant prestad, et despenderunt de pan I migera et II porchos et in lumen et sabrer VI denarios et II paros de capons et de cibaria XIII quarteras.

Ebdomada II november, in die sabbato, venit Ruric de Stado et Feran de Dorocha et alios aragonesos, et veniant del comte, et Bernat de Vila Frangcha, qui venia de la reina. Et dispenderunt in pane et ovos et fromages et pexo³¹ et olei et lumen et sabrer VIII solidos dem et de civada VII quarteras dem. Et in ista ebdomada venit Ruric et I saraceno qui portava cartas ad comte et filio de Pagesa qui anava ad sua matre et I aragoneso qui estec malaute VIII dies et Bernat Estruc. Et dispenderunt in pane I quartera et in carne et I perna et II paros de caponis et de civada I migera. Et in ista ebdomada venit Cornel et Sanxo de Statata et Garcia de Lor et alios aragonesos et Pere de Ragadel et Bernat de Ricla, qui illos giava, et Ponti de Morlans, qui menava cans ad comte de Urgel. Et dispenderunt in pane VIII solidos et III porcos et inter falcons et illos V paros de galinas et³² in candelas et cebas XII denarios, et in civada XXI quarteras.

Ebdomada III novembris venit alfachim de Tortosa et venia del comte et Poncio, porter de la reina, qui venia cum illos, et I merchader et mecelemos qui la cambra pintavan. Et dispenserunt media quartera de pan et IIII parilios de gallinas et de civada III quarteras. Et in ista ebdomada venit Petro de Oscha et Petro de Operatori et I femina de la regina, Bernarda, qui venia de Iherusalem, et bachalars qui veniant cum illos, et Radolfer.³³ Et dispenderunt media quartera de pan et medio porcho, et de civada I migera. Et ad terci die retornavid Pere de Oscha et Pere de Operatori et amenavit la iuzia na Druda a la reina et ven III iudeos cum illa et mancipos qui anavat cum illos. Et dispensavi media quartera de pan et II parilios de gallinas; et ab I careceno qui anava al comte ab cartas et II bachalars qui anavant cum isto saraceno et dispenderunt mig porc et dispenderunt III quarteras de civada.

Ebdomada IIII novembris³⁴ venit alcavid de Buriana et anava al comte cum ali[i]³⁵ milites saracenos multos et dom Blasco³⁶ et aragonesos et pedonos qui veniant del comte et Pere Dent, qui-l giava per mandamento del comte, et esteg l'alcavid II dies. Et dispenderunt I migera de pan et miga quartera; et dispenderunt istos sarecenos et I ostor que portaren VIII parilios de galinas et ad cristianos mig por[c],³⁷ et in lumen et sabrer³⁸ IIII denarios et in civada III eminas.

Ebdomada III decembris venit Bernat de Munels, qui anava ves lo comte, et escuders de comte de Urgel et do[n]³⁹ Albaro et Ioanno de Trabascet et⁴⁰ aragoneessos et veniant del comte. Et

dispenderunt I quartera de pan et inter cunditos⁴¹ et olei et pexo et lumen II solidos, et de civada VII quarteras.

Ebdomada IIII decembris venit aragonesos Blascho et alios cavelers et escuders et bachalars. Et dispenderunt media quartera de pan et mig porc, et de cibaria III quarteras. Et in ista ebdomada venit Guillem de Sancti Menad et Bertran⁴² de Casteled et Arnau de Rocha Corba et cavalers et judeus, baiulus de Chala-taiub, et cavalers qui venian cum illo. Et dispenderunt in pan IIII quarteras ab los judeus et ab los cavalers, qui esterunt II dies; et los escuders de Arnau de Rocha Corba qui esterunt ab lo cavallo et I rucino⁴³ IIII dies; et inter ovos et caseos et olei et piper et candelas VI solidos, et iudeos et falcons VI parilios de gallinas, et de civada II sestarios et emina.

Ebdomada prima ianuarii, in di[e]⁴⁴ sabbato, venit Pere de Cheralt et Raimun de Cervera et cavalers argonesos multos, qui venian de comte. Et dispenderunt in pan⁴⁵ XV solidos et inter ovos et caseos et olei et piper et candelas VI solidos dem, et de civada IIII sestarios et I emina. Et alio die venit Nicholau et Furtug d'Albera et Guillem suo fratre et cavalers et escuders cum illos et dispensavi in pan II solidos et I porc et III parilios de callinas, et inter piper et candelas VII denarios, et de civada V quarteras.

Ebdomada II ianuarii, feria IIII, venit Guillelmus, capellanus de Lerida, et balesters VI qui veniant del comte et Johan d'Uncastel, baiuli de Siurana, qui anava al comte. Et dispenserunt in pane III solidos et I porc et II parilios de galinas,⁴⁶ et in lumen II denarios, et de civada V quarteras. Et alio die venit aragonesos Galin de Naia et Guillem de Benavent et Guillem Balb et Guillem Arnau Sobracer et alio milites et escuders et pedonos. Et dispenderunt V solidos em pan et II porcos; et inter illos et falconis V⁴⁷ paros de galinas, et in lumen VII denarios, et de civada XV quarteras.

Et alia ebdomada venit Bertran de Castalet et Arbertus de Castelt. Et dispenderunt XII denarios in pane et mig porc et III paros de galinas dem, et in lumen II denarios, et in civada I emina. Et in ista ebdomada venit Druda ebrea et Pere de Operatori et Pere d'Oscha, Guillem Arbosa et Homenet et I baiuli de Arnau de Perela cum I caracena. Et dispensavit in pane XX denarios et mig porc et I parilio gallinas, et de civada III quarteras.

Ebdomada IIII ianuarii venit Pere de Castelasol cum alios aragonesos milites et Toschano, qui ilos giava. Et dispensavit in

pane III solidos e mig inter sopar et dinar, et in carne I porc et III paros gallinas, et in lumen et sabrer IIII denarios, et in civada I sestarium. Et in ista ebdomada venerunt milites et mercaders de Proensa et Guillem de Carteian, qui-l giava. Et dispenserunt in pane XIII denarios et mig porcho et I paro gallinas dem, et in lumen et sabrer II denarios, et de cibaria III quarteras dem.

Kalendas februarii venit Petro, nepoto de comte, Feran et don Gomic cum alios compagnos et Bertran de Castelet, Toschan et Guillem de Carteian.⁴⁸ Et dispenserunt inter pane, ovos et caseos et olei et candelas V solidos dem, et de civada VII quarteras dem. Et esterunt l'endeman, dominica, et dispenserunt IIII solidos inter pane et candelas et II porcos et VII parilios de galinas inter illos et VII falconos que portaven, et⁴⁹ in civada VI quarteras. Et alio die venit baiuli de Calataiub et aragonesos et II mercaders de Narbona qui anava cum illo. Et dispenserunt inter panem et candelas II solidos dem et I^a perna et II paros de galinas et de cibaria III quarteras dem. Et feria V venit Guillem de Lavinera et Pelfort, Bernat de Calran qui-l giava. Et dispenderunt in pan II solidos et II paros de galinas et I perna et de cibaria I emina.

Ebdomada II februarii venit escuder de don Pedro Rouric et misagés de l'emperador et saracenos qui veniant del comte. Et dispenserunt in pane XII denarios et inter totos cuncditos VI denarios et in civada I quartera. Dominica de Carnes Toltas Velas venit Bernard Marcuc et Pere Arnau et Saltel et Arnau de Rocha Corba. Et dispenserunt in pane II solidos et inter olei et pexo alios cuncdictos XII denarios, et de civada VII quarteras. Et feria III venit Bernat de Vila Francha et Guillem de Terragona et alios cavalers et escuders cum illos. Et dispenserunt XII denarios in pane et inter olei et⁵⁰ pexo et alios cuncditos VI denarios, et de civada I migera et liuram ad Saltel V sestarios de blad. Et feria IIII venit Bernat de Senteias et Pere de Santa Eugenia et Guillem Jofre d'Arled, qui anava vas lo comte. Et dispenserunt inter pane et oleo et pexo et lumen et alios cuncditos II solidos dem, et de civada I emina.

Ebdomada III februarii, feria V, venit Od senescalc et Ramon de Subirans et Guillem de Marimon et alfachim⁵¹ et escuders de Josbert d'Avalrin et alia compaga granda cum illos et Porcelet de Caldas. Et dispensavit in pane III solidos et inter pexo et olei et lumen II solidos et II paros galinas ad iudeus et de cibum I sestarium. Et feria VI venit episcopus de Pampalona et Bernat Marcuc et Pere Arnau ad Sancti Celedoni. Et dispenderunt inter

pane et vini et olei et pexo et lumen et alias menucia cuzine XI solidos dem, et cibum XI quarteras, ad mensuram de foro. Et die dominica venit Bertran⁵² de Castelet et mercaders qui anavant cum illo in Espania et misagés del comte, qui dicunt que illi venivit. Et dispenderunt inter panem et olei et pexo, lumen, III solidos, et cibum I emina. Et fuerunt in isto Saltel et alfachim⁵³ ad Sancti Celedoni et dispenderunt IIII solidos.

Ebdomada IIII februaryi venit regina in Villa Maioris et menada del comte et esterunt II dies. Et dispenderunt in pane LVIII solidos, et inter pex, olei et lumen et piper et alias menucias cuzine LXXI solidos, et de cibum XV sestarios Et in ista ebdomada venit comte ad Sancti Celedoni feria II, et esterunt sua compaga, et feria IIII venit comite et esteg II dies. Et dispenderunt inter pane et vini, olei et pexo et cera et piper et alias menucias cuzine CVIII solidos et X denarios, et de cibum VII⁵⁴ emina ad mensuram de foro.

Primer dia de marci venit escuders et mercaders de Guillem Ramon et I⁵⁵ balester et I troter de comte. Et dispenderunt inter pane et pexo et olei et piper II solidos, et de cibum III quarteras; et saracenos et falconis qui veniant ab regina et falconis de comte X paros de gallinas.

Ebdomada prima marci, in die dominica,⁵⁶ venit Ramon de Soler et Guillem de Rared, et anavant vas lo comte ad Barchinonam, et Ramon Rodbad et escuders, Bertran de Ierunde et I balester; et venian de Barchinona de comte. Et dispenderunt inter pane et pexo et olei et lumen et alias menucias cuzine III solidos et dem, et de cibum IIII quarteras. Et feria V venit Ponci de Xexan et I escuder de Pere d'Uriols et mercaders. Dispende-runt inter pane et pexo [et olei] XIII denarios, et de cibum I quartera. Et quando comite fuit ad Sancti Celedoni remansit ibi Bertran d'Ax et dispendit V solidos, et de cibum I migera, et donavit X porcos ad Cavaleria et X⁵⁷ sestarios de blad.⁵⁸ Et quando Bernat d'Avigone exiit de regina, donavit V solidos et II denarios per mandamento de regina; et done ad nuirica Loreta I mig[era] de vi per mandamento de regina. Et ere mercoris de marc venit regina in Ville Maioris et dispensavit in cebas II solidos et III denarios et cirons XX denarios et I quartera, de olei II solidos et mele [...]⁵⁹ VI denarios, piper IIII denarios, pexo VII solidos, pan XII solidos dem, vino II sestarios dem, civada III sestarios et III quarteras. Et alio die govis dispenserunt in cebas II solidos,

cirons XVIII denarios, mel VI denarios, olei XVIII denarios, cera VI denarios, piper VI denarios, pex X solidos et II denarios, de panes XII solidos et II denarios; et ad regina XII denarios, civada II⁶⁰ sestarios et VII quarteras, de vino I sestarium et V quarteras. Et dispenserunt ad Sancti Celedoni, inter pela et feros ad emulas, VIII denarios, et inter lumen et loga et vino, II solidos, et per mandamento de comite, de suas literas que vidimus, pagavimus ad Donadeo XXI solidos, quos Trencavellus et milites et servitores de comite dispenderunt ad Sancti Celedoni.

In die venros de Pascha et sabbato de Pascha venerunt III balester de comite cum suis escuders Ugo d'Alceion⁶¹ et Estevan et Guillem Ramon, et esterunt⁶² IIII dies. Et primer dia dispenderunt inter pane et pexo et alias menucias II solidos. Et in dia Pascha dispenderunt in pane XII denarios et I perna, et de civada I emina.

In die venros de post Pascha venit don Pedro Rouric et don Dol d'Alchala et mercaders del comite et alia campaga que veniant del⁶³ comite. Et dispenderunt inter pane et olei et ovos et formages et lumen V solidos, et civada VIII quarteras. Et feria II post Pascha venerunt Toscan et [Ar]cavel de [P]alad et Ramon de [S]oler et expenderunt mig multon et II pecias de carne salata, et de pane VIII denarios et I migera cibaria.⁶⁴

[...] ⁶⁵ et alios milites. Et [...] ⁶⁶ dispenderunt I porc et [...] ⁶⁷ et [...] ⁶⁸ ovos et formages et [...] ⁶⁹ solidos⁷⁰ [...] ⁷¹ et expend[...] ⁷² col de Ierunda. Et dispenderunt VII [...] ⁷³ aprilis [...] ⁷⁴ de Lasters et alios milites. Et dispenderunt [in pan]⁷⁵ XX [...] ⁷⁶ Vilademuls et Arnau de Siliguera et alios [...].⁷⁷

Ebdomada II aprilis [...] ⁷⁸ Ramon de Munels et iudeus de Ierunda et Arnau de Rared. Et dispenderunt I multon et II [...] ⁷⁹ et I paro de gallinas et⁸⁰ in pan XX denarios et in lumen et sabrer II denarios, et [...].⁸¹

Ebdomada III aprilis venit Ramon de Perela et burgesos de Busolo et Guillem de Sancti Laurenci et Pere de Muli [...] Et]⁸² dispenderunt I multon et miga perna et in ovos et lumen et sabrer V denarios, et de cibaria I emina et in pane XX denarios.⁸³

Ebdomada IIII aprilis, feria I,⁸⁴ venit Pere [...]al⁸⁵ d'Arcalia, filio de [...].⁸⁶ Et dispenserunt I m[ultó] e miga perna et inter ovos [...] ⁸⁷ in pan XVIII denarios, et cibaria I eminam.

1. *Segueix inter, ratllat.* 2. *Segueix et, sense ratllar, i expletos de domo sunt, ratllat.* 3. *Segueix et de domo, ratllat.* 4. *Espai de deu lletres, aproximadament, esborrades a l'inici de la línia.* 5. *Manca.* 6. *Segueix Co, ratllat.* 7. *Espai de*

10 mm, il·legible a causa d'un estrip. 8. Espai de 10 mm, il·legible a causa d'un estrip.
 9. Manca. 10. n afegit a la interlínia. 11. dies afegit a la interlínia. 12. Manca.
 13. Manca. 14. v corregeix o. 15. Manca. 16. et dem repetit. 17. Segueix
 et alos et cebas II denarios, ratllat. 18. Manca. 19. Segueix et II frexuras III
 denarios, ratllat. 20. ce afegit a la interlínia. 21. et in alias causas VIII solidos
 afegit a la interlínia. 22. Manca. 23. S corregeix C. 24. na afegit a la interlínia,
 volat a ri, expuntuat. 25. b afegida a la interlínia. 26. october afegit a la interlínia.
 27. perartia al text. 28. Manca. 29. don Pedro, afegit a la interlínia. 30. alios
 afegit a la interlínia. 31. Segueix VI, ratllat. 32. et repetit. 33. l afegida a la
 interlínia. 34. novembris afegit a la interlínia. 35. Manca. 36. c afegida a la inter-
 línia. 37. Manca. 38. La primera r afegida a la interlínia. 39. Manca.
 40. et corregeix per. 41. Segueix de ratllat. 42. La segona r afegida a la interlínia.
 43. et I rucino afegit a la interlínia. 44. Manca. 45. Segueix I migera et, ratllat.
 46. ga afegit a la interlínia; i corregeix a. 47. V corregeix et. 48. Toschan et
 Guillem de Carteian afegit a la interlínia. 49. et afegit a la interlínia. 50. et afegit
 a la interlínia. 51. h afegida a la interlínia. 52. La segona r afegida a la interlínia.
 53. h afegida a la interlínia. 54. Segueix sestarios, ratllat. 55. I afegida a la interlínia.
 56. in die dominica afegit a la interlínia. 57. Segueix II, ratllat. 58. Segueix et
 III migeras, ratllat. 59. Espai de 20 mm, il·legible. 60. Segueix solidos, ratllat.
 61. i afegida a la interlínia. 62. et esterunt afegit a la interlínia. 63. l afegida a
 la interlínia. 64. Segueix al dors del pergami, bona part del qual il·legible a causa de
 l'esvaniment de la tinta. 65. Espai de 145 mm, il·legible. 66. Espai de 25 mm, il·legi-
 ble. 67. Espai de 105 mm, il·legible. 68. Espai de set lletres, aproximadament, il·le-
 gible. 69. Espai de 30 mm, il·legible. 70. et [...] ovos et formages et [...] solidos
 afegit a la interlínia. 71. Espai de 160 mm, il·legible. 72. Espai de 40 mm, il·legible.
 73. Espai de 235 mm, il·legible. 74. Espai de 40 mm, il·legible. 75. Espai de 20
 mm, il·legible. 76. Espai de 235 mm, il·legible. 77. Espai de 215 mm, il·legible.
 78. Espai de cinc lletres, aproximadament, il·legible. 79. Espai de 10 mm, il·legible.
 80. Segueix un espai de 10 mm ratllat. 81. Espai de 20 mm, il·legible. 82. Espai
 de 10 mm, trencat. 83. et in pane XX denarios afegit a la interlínia. 84. feria I
 afegit a la interlínia. 85. Espai de dues lletres, aproximadament, il·legible. 86. Espai
 de 30 mm, il·legible. 87. Espai de 85 mm, il·legible.

1020

1157, juny, 19

Donació remunerada. *Alamanda i els seus fills Guillem i Guillema donen als esposos Bernat Berenguer i Pereta el dret d'agafar aigua al seu molí de Castelon, a Palau-solità, al lloc anomenat Castelon o riu de Caldes, i fer-la passar per les seves terres; reben, a canvi, quaranta sous de moneda de Barcelona.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 309, 119 × 212 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 64.

Sit¹ notum cunctis quod ego Alamanda et filius meus Guillelmus atque filia mea Guillelma² damus tibi Bernardo Berengarii

et uxori tue Pereta et tue proieni ei atque posteritati ut accipias aqua in ipso nostro molendino de Castelon, de catabo in avalle, ubi melius volueritis, ad cunctas tuas voluntates faciendas. Tali modo facio vobis hoc donum ut faciatis regum et capud regum et habeatis glebariis et petras et faciatis ipsam aquam ambulare per nostrum alodium, unde vos vel vestris melius volueritis facere, ad facere molendinos et ortos et ad rigare et ad³ facere quicquid vos vel vestris volueritis facere. Ac de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem ad facere quicquid volueritis, sine ullo retentu, quod nos vel nostris ibi non retinemus. Et est supradictum donum in comitatu Barchinone, in parrochia Sancte Marie Palatio Salatan, in loco vocitatus Castelon sive in rio de Calidis. Accipimus a vobis pro hac donacione XL solidos mone te curribilis Barchinone. Et nos donatores convenimus vobis et vestris receptores quod simus adiutores et valedors et faciamus vobis tenere et habere supradictum donum sine ullo retentu, in sana pace. Si quis hoc fregerit, supradicta in duplo componat. Et insuper maneat firmum.

Actum est hoc XIII kalendas iulii, anno XX regni Ledovi[ci]⁴ iunioris.

Sig+num Alamanda, Signum+ Guillelmi de Turre, Signum+ Guillelma, nos qui hoc donum facimus et testes firmare rogamus.

Signum+ Porcelli, baiuli comitis. Signum+ Raimuni de Arenis. Signum+ Iohannis Bove. Signum+ Berengarii Doli. Signum+ Ferri. Signum+ Petrus de Sala. Signum+ Guillelmi de Mogoda. Signum+Arnaldi Dominico.

Signum+ Bernardi subdiachoni, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. B *comença*: Hoc est translatum fideliter sumptum ab originali quod sic se habet. 2. atque filia mea Guillelma *afegit a la interlínia*. 3. ad *afegit a la interlínia*. 4. *Manca*.

1021

[1157, maig / juny]

Passament de comptes. *Relació dels ingressos per la dècima, la primícia i el molí d'Estopanyà i dels pagaments fets a càrrec d'aquests ingressos.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extrainventari, núm. 3477, 310 × 87 mm. Bon estat de conservació.

a Bisson, *Fiscal accounts*, doc. 5.

Datem d'acord amb la proposta de Bisson.

Hec est memoria de decima de millo de Stopanna de sua parte de Sancti Martini. De Miravet, III faneces de decimo.¹ De Capud Stagnum, III faneces decimi.² De Stopanna, VI faneces decimi.³ De Quarto, II faneces decimi.⁴ De primiciis, XII de mil⁵ almuds decimi o XII almuds de mil⁶ decimi.

Hoc est I kaficio et V faneces et IIII almuds, de decimis de Stopanna et de Cabestann et de Miravet.⁷

Receptit Guillem Agela, de illo molino, de october, V almuds forment et II faneces et II almuds ordeï; de november, II faneces ordeï et XII almuds forment; december, II faneces ordeï et X almuds forment; ianuarii, II faneces forment et II almuds ordeï; februarii, V almuds forment et V almuds ordeï.

Receptit Guillem Agela, de ipso forment, V kaficios cum sester de novem almuds et I kaficio cum faneces et II kaficios ordeï et III kaficios segal et I kaficio per semnar de ordeo et VIII faneces ordeï per I kaficio de avena; et ad ipso exarich, XV faneces forment et II faneces cum illos V kaficios.

Dispensavit Calvet in ipsa vinea de Gemels, I kaficio ordeï per cavar; et per exabrir, I faneca ordeï et II diners; et per ipsa vinea de Canellas, IIII^{or} almuds ordeï per cavar.

Sunt hec suprascripta: de frumento, IIII faneces minus II almuds; et de ordeo, VII faneces et I almud. Debet repondere de marcio, de aprili, de maio.⁸

Dispensavit Calvet de ipso ordeo, per I podadera, I faneca ordeï; et per II libras de cera ad ecclesiam,⁹ II faneces ordeï; et per encenso, IIII^{or} almuds ordeï; et per III solidos, V faneces ordeï quos dedimus per exabrir.

Receptit Calvet, de illo molino, X almuds de forment de ianuarii et de februarii.¹⁰

1. de decimo afegit a la interlínia. Aquesta i les altres correccions interlineades són producte d'una altra mà. 2. decimi afegit a la interlínia. 3. decimi afegit a la interlínia. 4. decimi afegit a la interlínia. 5. de mil afegit a la interlínia. 6. de mil afegit a la interlínia. 7. Segueix una ratlla de separació. 8. Sunt hec ... de maio escrit per la mateixa mà que les correccions. 9. ad ecclesiam afegit a la interlínia. 10. El pergami està esquinçat al final de la línia. No és probable que s'hi escrigués res més.

1022

[1157, maig / juny]

Passament de comptes. *Relació d'ingressos i despeses d'Estopyanà.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3500, 187 × 97 mm. Bon estat de conservació.

a BISSON, *Fiscal accounts*, doc. 6.

Datem d'acord amb la proposta de Bisson.

Habuimus in preterito anno in Stopanna, inter laboracionem et recollectam, de frumento, VIII kaficios et III faneches; de ordeo, VII kaficios et duas faneches; de segle, III kaficios; de avena, III kaficios. Dedimus ex his ad III^{or} clericos per conductum usque ad Sanctum Iohanem, V kaficios de tritico et V kaficios de ordeo. Et dedimus eis per carnem unum chaficio de tritico et unum kaficio de avena. Dedimus per seminar, unum kaficio de tritico et unum kaficio de ordeo et VI faneches de segle et VI faneches de avena. Isti supradicti sunt XV kaficios.

Comendavi ad Guilem Agela, unum kaficio de frumento et VIII faneches cum illis tribus faneches de Ramon Tort et tribus de Vincens;¹ et de ordeo, VIII faneches; et de segle, III kaficios et medium; de avena, XVI faneches. Hec remanent ad Guilem Agela, excepto de ipso molino et de aliis eximentis ecclesiasticis si ibi sunt.

Debet reddere Guilelmus Agela de mil, unum kaficio et V faneches et III almuds de decimis de Stopanna et de Miraved et de Cabestann, de Val de Lod et de Naga adhuc ibi est. Debet reddere de espleto de ipso molino, III faneches² de tritico minus II almuds, et de ordeo, VII faneches et unum almud. Molinarius debet respondere de marcio, de aprili, de maio.

1. cens *afegit a la interlínia.* 2. h *afegida a la interlínia.*

1023

1157, juliol, 28. Castell de la Guàrdia de Montserrat

Jurament de fidelitat. *Berenguer Reverter, fill d'Arsenda, jura fidelitat a Ramon Berneguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, en especial pel castell de la Guàrdia i per tota la muntanya de Montserrat.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 311 (*olim* arm. 10 Manresa, sac Q, núm. 385), 179 × 226. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 355.]

a CODOIN, IV, doc. CIV.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 345.

c RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, doc. 183.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, p. 257. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, pp. 65, 112.

Iuro ego Berengarius Reverter, filius Arsendis femine, quod fidelis ero ad te Raimundum, comitem Barchinonensem, Aragonensium principem, de vita tua et de corpore tuo et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent; et de omni honore quem hodie habes et deinceps acquirere poteris; et de omnibus comitatibus et episcopatibus atque abbatiis que in omnibus comitatibus tuis sunt; et de montibus et planis, rochis, podiis, condirectis vel discondirectis, qui in comitatibus tuis sunt. Et nominatim de illo castro de Guardia de Montserrat et de omnibus terminis et pertinentiis suis et de toto illo monte de Montserrat et de omnibus rochis que ibi sunt. Et ero tibi adiutor contra omnes homines et feminas tenere, habere, defendere et guerreiare totum tuum honorem quem hodie habes¹ vel deinceps adquisieris; et hoc faciam sine omni engan. Et quod dabo tibi potestatem de predicto castro de Guardia et de omnibus fortitudinibus que ibi sunt, sine tuo engan, quocienscumque ipsam potestatem a me requisieris, per te vel per nuncium vel nuncios tuos, iratus aut pachatus, cum forifacito et sine forifacito; et non vetabo me inde videri vel comoneri; et nuncius vel nuncii tui qui ad hoc me comonendum venerint de me vel de meis regardum non habebunt in eundo vel redeundo. Et faciam tibi ostes et cavalcatas, cortes² et placitos et sequimenta quocienscumque mihi mandaveris per te vel per tuos.

Facto sacramento V kalendas augusti, anno ab Incarnacione Domini millesimo CLVII³ regnique Leovici iunioris XXI, in mense novembris.⁴

Sig+num Berengarii Reverter.⁵ Sig+num Ermessendis uxoris eius. Sig+num Guillelmi de Castel Nou. Sig+num Bernardi Fulconis. Sig+num Aianrici baiuli. Sig+num Guillelmi*, Barchinonensis episcopi +. Sig+num Petri Arnalli* vicarii. Sig+num Petri Marcutii*.⁶ Sig+num Raimundi de Apiera*. ⁷.* برنکیل بن ربرتار

Sig+num Poncii scribe, qui hoc scripsit in ipso castro de Guardia.

1. habes afegit a la interlínia. 2. c afegida a la interlínia. 3. Segueix [XII], ratllat, i VII, afegit a la interlínia. 4. regnique ... novembris, escrit per una altra mà. 5. Berenguer Reverter signa també en el document de pròpia mà i en caràcters aràbics. Vegeu la nota 7. 6. Segueix Signum+, sense cancel·lar. 7. Birinkil ban r.b.rtar, equivalent a Signe de Berenguer Reverter. Agraïm la lectura, transcripció i traducció

d'aquest antropònim al professor Theodor Loinaz i a la professora Dolors Bramon, del Departament de Filologia Semítica de la Universitat de Barcelona.

1024

1157, setembre, 27

Convinença. *Dolça i els seus fills Ramon Guanalgod i Bernat, que havien venut a l'orde del Temple el mas Serra per cinc-cents morabatins, es comprometen a defensar la propietat de l'orde sobre l'esmentat mas.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 312, 141 × 206 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis quod ego Dulcia femina et filii mei Raimundus Ganalgaudi et Bernardus, nos omnes pariter vendidimus fratribus Templi mansum de Serra cum suis pertinenciis per D morabetinos, sicut in eorum carta venditionis resonat. Quem mansum nos et predecesores nostri iam per XL annos, ut credimus, possedimus sine acclamatione alicuius persone. Et quia volumus fratres Templi predictum mansum omni tempore quiete cum pace possidere, si aliqua acclamatio mota ab aliqua persona adversus eos per predictum mansum insurrexerit, convenimus et hoc pacto prescripto eis firmamus quod eis semper deffensores et tutores adversus omnes homines et feminas simus et iuste, sine fraude rationabiliterque eis deffendamus. Et si aliquid eis de predicto manso vel si totus mansus eis ablati seu evicti in iudicio fuerit, damus eis regressum in medietatem domorum nostrarum que sunt cum turre in Barchinona. Sed hoc ab omnibus volumus sciri quod non damus eis regressum in domibus istis prenominatis nisi usque ad XV annos. Postea, defensores eis erimus, sicut in carta venditionis quam eis fecimus continetur; transactis igitur XV annis prescriptis, carte iste divide per alfabetum iungantur et minutatim scindantur et comburantur. Et hoc fiat sine aliqua controversia.

Actum est hoc V kalendas octobris, anno XXI regni Ledoyci iunioris.

Signum+ Dulcie femine. Sig+num Raimundus Ganagaudii. Sig+num Bernardi Ganalgaudi* fratris eius.

Sig+num Bernardi Marcucii*. Sig+num Petri Arnalli*. Signum+ Petri Grunni*. Sig+num Petri Marcucii*.

Sig+num Petri de Corron scriptoris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1025

1157, octubre, 31. Oristà

Esponsalici. *Parason, jutge d'Arborea, dona a la seva esposa Agalbur-sa, filla de Ponç de Cervera, com a esponsalici, les curtes Bidoní, San Teodoro i Orratili.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la primera meitat del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 314 (*olim* arm. 8 Sardenya, sac C, núm. 584), 347 × 568 mm. Bon estat de conservació.

a SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, doc. 1.

Cit. BALARI JOVANY, *Origenes*, pp. 576-587. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 191. — CAULA, *El raptó*, p. 587. — MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XI, p. 483.

In nomine Dei eterni Salvatoris nostri. Anno ab Incarnacione eius millesimo centesimo quinquagesimo septimo, pridie kalendarum novembrium, indiccione quarta. Manifestus sum ego Parason, Dei gratia iudex Arboree, filius quondam Comita item iudicis Arboree, quia per hanc cartulam nomine antefacti et donacionis propter nupcias dono et trado tibi domine Agalburse, dilecte et amabili uxori mee, filie quondam Poncii de Cervera, curtem Bidunii et curtem Sancti Theodori et curtem de Orratili, cum omnibus earum pertinenciis que habent suprascripte tres curtes, tam in servis et ancillis et nutriminibus suis et peculiis suis quam in pecudibus et aliis animalibus et ortis et campis et vineis et pascuis et pratis et paludibus et silvis, virgariis, montibus, collibus, vallibus, planitiebus, aquis, aqueductibus, et cum omnibus adiacenciis que quolibet modo ad suprascriptas tres curtes sunt pertinencia, cum omnibus etiam domibus ibidem constructis et vinetis et olivetis et omnibus simpliciter in prefatis tribus locis plantatis vel natis arboribus. Has igitur tres curtes tibi prenominate domine Agalburse, dilecte et valde amabili coniugi mee, ut dictum est, unaversaliter,¹ cum adiacenciis suis omnibus, nomine antefacti et donacionis propter nupcias, hodie dono et trado. Pro qua mea donacione et tradicionem recepi a² Pellario quondam Gualandi et ab Ugone quondam Gerardi, nomine tuo domine Agalburse, dilecte uxoris mee, meritum annulum unum aureum in prefinito. Quam meam donacionem et tradicionem, si ego qui super Parason iudex Arboree vel meus heres tibi domine

Agalburse, uxori mee, vel tuis heredibus vel cui dederis vel abere decreveris molestaverimus seu intencionaverimus et ab omni homine diminuere vel tollere vel evincere, vobis nolenti, et per placitum vos fatiganti nomine prefatarum trium curtium non defensaverimus et in iudicio vobis dennunciantibus auctores non fuerimus nec iuste defendere poterimus, spondeo qui super Parason, iudex Arboree, me meosque heredes componere tibi domine Agalburse, dilecte uxori mee, tuisque heredibus, penam mille librarum auri. Et in tali ordine hanc cartulam mee donacionis et tradicionis et propter nupcias et antefacti donacionis rogavi ego qui super Parason, iudex Arboree, scribere te dominum³ Burgundium, apostolice sedis iudicem et notarium.

Actum in Aristano, aput ecclesiam Sancte Dei genitricis Marie, archiepiscopatus Arboree, in palacio archiepiscopi eiusdem ecclesie, in presencia Gusfredi Massiliensis et Bonefacii de Volta, et Bertranni de Girunda, et predicti Pellarii et Ugonis vicecomitis et Bulsi et Marzucci et Contulini et Teperti et Boccii, legatorum et procuratorum domini Raimundi, comitis Barchinonensis, avunculi predicte domine Agalburse, uxoris prefati domini Parasonis, iudicis Arboree, qui hanc cartulam fieri rogavit.

+ Signa manuum domini Parasonis, iudicis Arboree, qui hanc cartulam donacionis et antefacti scribere rogavit.

+ Signa manuum Bertrandi quondam Ponthi +. + Signa manuum Guilielmi Çaldola quondam Ponthi +. + Signa manuum Tebalducii quondam Glandulfi +. + Signa manuum Raimundi de Turri quondam Guilielmi Isarni +. Signa manuum Bernardi filii Cinnami +. Signa manuum Leonis quondam Iohannis +. + Signa manuum Guilielmi quondam Aicardi Iterii +. + Signa manuum Lamberti quondam Ugonis +.

+ Ego Burgundius, sacri Lateranensis Palacii iudex, interfui +.

+ Ego Burgundius, sacri Lateranensis Palacii notarius, post traditam complevi et dedi +.

Ista cartula facta est eo tenore, nomine pignoris, ut si supradicta domina Agalbursa, quod absit, viro suo prefato domino Parasoni, iudici Arboree, supervixerit et heres predicti iudicis vel aliquis nomine eius infra unum annum et unum mensem et unum diem ab obitum Parasonis, predicti iudicis Arboree, numerandum prenominate Agalburse, domine et uxori prefati iudicis, solverint viginti milia solidorum Lucensis monete, bonorum denariorum expendibilium, duodecim denariis per singulum solidum computa-

tis, ista cartula sit inanis et vacua et nullam habeat firmitatem et in heredum predicti Parasonis, iudicis Arboreę, deveniat potestate nullius existens momenti, tamquam si nec scripta nec rogata a suprascripto Parasone, iudice Arboreę, fuerit. Si vero infra predictum terminum anni et mensis et diei ab obitu predicti Parasonis, iudicis Arboreę, predicta summa quantitatis viginti milia solidorum denariorum Lucensium expendibilium, ut dictum est, predicte domini Agalburse, uxori predicti iudicis Arboreę, soluta non fuerit, tunc exinde predicta domina Agalbursa vel suus heres vel cui ipsa dederit habeant predictas tres curtes iure proprietario⁴ et detineant et possideant ad faciendum inde quicquid ipsi voluerint absque omni calumpnia et sine alicuius viventis persone contradictione, tamquam si nullus modus nullaque condicio interposita fuisset et pure ab inicio et si aliqua dilacione predicta donacio concepta fuisset.

+ Et repromissum ad defendendum eum qui hoc scriptum per manum tenet ad suprascriptum terminum et meritum et poenam et data re et testes +.

1. *En lloc d'universaliter.* 2. *ap al text.* 3. *Entre n i u, i expuntuada.*
4. *La segona i corregeix o.*

1026

1157, octubre

Carta de poblament. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, atorga carta de poblament al lloc de Monfort segons el costum de Saragossa.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del segle XVIII en paper. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 313. Estat de conservació regular.

a CODOIN, IV, doc. CV.

b LEDESMA, *Cartas de población*, doc. 82.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Raimundus, Dei gratia comes Barchinonen[sis]¹ et princeps Aragon[ensis],² facio hanch cartam donationis et cessionis vobis omnibus populatōribus de Monfort qui ibi estis populati vel in antea ibi populare veneritis. Dono namque vobis et omnibus firmiter laudo totos illos fueros de Zaragoza ut habeatis eos et teneatis vos et filii vestri et omnis posteritas vestra, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate, per cuncta secula.³ Concedo vobis terminales vestros

hinc subseuntur:⁴ castellum de Lueches et terminale Montis Forti et regail que descendit ante mesquitam versus meridiem et regail que transit ante Luscam versus meridiem et vadit ad villare ante Castellege; et terminale Montis Forti transit per semitam de Plenes et per petram Penne del Avant et partit cum Osca, sicut aque versant versus Montem Fortem et versus Oscam per montem, et apud Anatum dividit per penam que est ante eum a circio et vadit per cordam de canada sicut Serta terminat ab occidente usque ad Ozolon, que est super lapidem fixum que vocatur Petra Fixa de ipso Ozolone, usque ad predicum castellum de Lusches.⁵ Hoc donativum cum suis terminalibus superius scriptum habeatis et teneatis firmiter liberum et francum vos et filii vestri et omnis generatio vestra in perpetuum.

Signum+ Raimundus comes.

Signum+ Ildelfonsi, regis Aragonie, comitis Barchinone, marchionis Provincie, qui hoc superius dictum laudo et firmo.

Facta hac carta donationis et concessionis in mense octubris, in Hera MCLXXXV. Dominante me Raimundo, comite Barchinonen[si, in]⁶ Aragon[e]⁷ et in Super Arbi et in Ripa Curcia. Episcopo Guillelmo Petri in Lerida. Episcopo Bodone⁸ in Ozca. Episcopo Petro in Zaragoza. Episcopo Martino in Tarazona. Ferminus dominante in Oscha. Valindo⁹ Xemenons in Alcala. Fortunio Dato in Barbastro. Petro Lopez in Lusca.¹⁰ Garcia Almorabit in Exzia.¹¹ Fortunio Aconariz¹² in Tarazona. Comite Palearense in Ricla. Petro Ortiz in Aranda. Petro Castelasolo in Calataiud. Palacino in Zaragoza et in Alagon [et] Hariza. Galindo Gemenez in Belzit et in Monfort.

Ego [Guillelmus presbiter] sub iussione domini mei comitis hanch cartam scripsi et de manu mea hoc (*senyal*) signum feci.

1. Manca. 2. Manca. 3. Segueix R, expuntuada. 4. En lloc de subseuntur. 5. Segueix R, expuntuada. 6. Manca. 7. Manca. 8. En lloc de Dodone. 9. En lloc de Galindo. 10. En lloc de Luesia. 11. En lloc d'Exeia. 12. En lloc d'Acenariz.

1027

1157, novembre, 13

Establiment. *Guillem Colteller, la seva esposa Maria i el seu fill Pere estableixen als esposos Andreu i Beatriu el mas Noguera, a Gurb de la Plana, al lloc anomenat Prat de l'Estany, a cens del quart i del*

*braçatge per les collites i de dos parells de capons per la barquera.
Es paguen dotze sous d'entrada.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 144e, 790 × 227 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat.

La còpia B forma part d'un conjunt de documents copiats, un darrere l'altre, en dos pergamins cosits. Vegeu els documents n.ºs. 802, 874 i 1027, a més de dos documents posteriors a l'època d'aquesta edició.

In nomine Domini. Ego Guillelmus Cotellarius et uxor mea Maria et filius meus Petrus, omnes insimul donamus tibi Andreas et uxori tue Beatrici et infantibus vestris et omni vestre progeniei ipsum meum mansum de Nugueria, quem habemus in parrochia Sancti Andree de Gurbo, in loco vocitato Prato de Stagno. Sicut ipsum mansum habemus et habere debemus, sic vobis eum donamus integriter cum omnibus suis pertinenciis et affrontationibus et ingressibus et regressibus suis. Tali pacto ut eum bene laboretis et edificetis et complantetis; et de omnibus expletis que Deus ibi dederit, reddatis nobis annuatim quartum et braciaticum fideliter et successoribus nostris, vos et vestri, preter de barcharia, unde reddatis annuatim duo paria caponum pro censu. Et propter hoc donum quod vobis facimus, accipimus a vobis XII solidos monete Barchinone. Si quis hoc dirumpere voluerit, agere non valeat, sed in duplum componat. Et insuper firmum permaneat omni tempore.

Quod est factum idus novembris, anno XXI regni regis Ledovici iunioris.

Sig+num Guillelmi Cotellarii, Sig+num Maria uxoris eius, Sig+num Petri filii eius, qui hoc facimus et firmamus.

Sig+num Petri de Ma[n]escalcia. Sig+num Bernardi de Gradu. Sig+num Petri de Villa Frezer. Sig+num Ollarii Calvel. Sig+num Arnalli de Bago. Sig+num Guillelmi Berengarii, similiter filii eius.

Raimundus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo (*senyal*) supra.

1028

1157. Estopanyà

Donació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, dóna a l'orde de l'Hospital, en mans del seu mestre Ramon, les coves de Remolinos; els llocs de Sena i Sexena i tres molins situats al terme del*

castell d'Algava; el castell de Cervera del Maestrat o el de Cullera, quan els conquereixi; la desena part de les terres que conquistin als sarraïns sense ajuda d'estranyys; un lloc entre Amposta i el mar on es poden fer pous i la terra que hi ha sota la roca anomenada Vallesa, al terme de Candela, prop del riu Ebre.

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la primera meitat del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 317 (*olim* arm. 23 Templers, sac C, núm. 145), 249 × 463 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 361-362. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 33.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Ego Raimundus, comes Barchinonensis, princeps regni Aragonensis ac Tortose et Yllerde marchio, ad honorem Dei qui honorantes se honorat, ad salutem anime patris mei et matris meę, ad exaltandam Christi ecclesiam, ad propagandam sancte christianitatis fidem et religionem, ad deprimendam et confundendam gentem maurorum, pro redemptione anime mee et parentum meorum et peccatorum meorum remissione, dono et laudo firmiterque concedo, hac indicante scriptura, omnipotenti Deo et Hospitali Iherosolimitano ac Raimundo, magistro Hospitale, et cunctis fratribus Hospitale, tam presentibus quam futuris, illas covas de Remolino que sunt inter Polam et Pradellam, cum omnibus suis terminis et pertinenciis, cultis et incultis, cum paschuis, silvis, garriciis, petris, sotibus et aquis et ecclesiam, cum omni iure suo, vieductibus et redivibus. Et dono eciam Senam et Sexenam, que sunt in ripam Alchanadri, cum omnibus suis terminis et pertinenciis, cultis et incultis, cum paschuis, silvis, garriciis, petris, sotibus et aquis, et molendinis, vieductibus et redivibus et ecclesias, cum omni iure suo. Et dono III^{es} meos molendinos qui sunt in termino katri de Algava,¹ iuxta Almoniam quam Hospitali dedi Iherosolimitano, et terciam partem cuiusdam molendini qui est in eodem termino, quam mihi retinueram. Et dono eis kastrum de Cervera aut kastrum de Cullera, cum Deus mihi vel successoribus meis dederit; ita tamen ut fratres Hospitali habeant potestatem eligendi unum istorum quodcumque voluerint et alterum mihi remaneat; et illud kastrum quod ipsi elegerint habeant libere, cum omnibus suis territoriis et pertinenciis, cultis et incultis, cum paschuis, silvis, garriciis, petris, aquis, piscacionibus, salinis, molendinis, vieductibus et redivibus et ecclesiis, cum omni iure suo. Et dono decimam partem terrarum Hispanie que modo est in potestate sarracenorum si sine extraneorum auxilio aquirerem. Veruptamen² si contingeret quod ego alicui vel aliquibus aliquam

partem iure hereditario atribuerem, decimam partem [dono]³ ad utilitatem domus. Et dono quendam locum inter Emposta et mare ubi possint puteos facere et quodcumque voluerint. Et dono illam terram que est subtus rupem que vocatur Vallesa, sicut terminum Candele extenditur usque ad flumen Yberis.

Facta est hec donacio apud kastrum de Stopanano, in manu domini Raimundi, magistri Iherosolimitani Hospitale, Guillelmi de Bellomes, Rainoardi de Laurada, Guafridi de Bresilg, prioris Emposte, Guillelmi, capellanis magistri.

Si qua autem laica ecclesiasticave persona presentem donacionis scriptura sive donacione in aliquo vel in toto dimovere te[m]partit,⁴ iram Dei incurrat et tamdiu excommunicationi subiaceat donec digne satisfaciatur.

Anno Dominice Incarnacionis M^oC^oLVII^o.

Signum+ Raimundi comes. Signum+ Peronelle, Aragonenssium regine et comitisse Barchinonensis.

Sig+num Guillelmi, Yllerdenssis episcopi.⁵

1. *Segona a corregeix o.* 2. *En lloc de Verumtamen.* 3. *Manca.* 4. *Manca.*
5. *Manca la clausura.*

1029

[1157]

Carta. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, escriu a Alfons VII, rei de Castella, amb relació a les treves amb Navarra.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 23, 215 × 143 mm. Bon estat de conservació.

a CODOIN, IV, doc. CLV.

Datem per l'any del document en el qual el bisbe Lope es constitueix en hostatge de Ramon Berenguer IV, que és el mateix any de la mort d'Alfons VII de Castella. Vegeu el document núm. 1018.

Illustrissimo Dei gratia Adefonso Ispaniarum imperatori, Raimundus, comes Barchinone regnique dominator Aragonensis ac Provincie marchio, de bono in melius provehi. Cum rerum utilitate et verborum veritate¹ crescat amicitia, constancię ac tolerancię virtute roboratur. Inde est inde cogor vestris semper iussionibus obtemperare et rogatui vestro quem mihi fecistis ut non intrarem regnum Navarre nisi rex ille intraret terram meam ostiliter adquiesco nec homines mei facerent ei guerram nisi sui facerent mihi. Et hoc in

veritate vobis promito tempore determinato usque ad festum sancti Martini nisi nos ambo insimul comitemus consilium. Set quia non solum estis amicus verum etiam dominus ut amici et vassalli mea semper negocia ante vestros oculos vos deprecor ponite. Volo enim antepone vestra meis expectando bonam promissionem vestram nolo co[n]traire² mandatis vestris. Set quoniam amodo negocia vestra mea recolo visum esset mihi vobis utile fore si de consilio vestro esset ut miteretis filium vestrum regem Sancium in exercitum et ego venirem ad vos ad suscipiendum consilium de vestris et meis factis quibus possemus tendere ad maiorem ruinam inimicorum crucis Christi. Regem Ferrnandum, filium vestrum et nepotem meum, quem diligo ut filium vobis specialiter comendo ut de ipso congruam curam geratis sic ut dicatur rex a re, non a solo nomine. Nec minus comendarem vobis regem Sancium nisi ipse se comendaret. De cetero pro comite Gandisalvo cui neptam meam tradidi in uxorem immo vobis preces multimodas efundo ut prosint ei apud vos amici et non noceant inimici. Preterea pro Pampilonensi episcopo, quem rex Navarre et homines eius pro restituendis treguis mihi obsidem dederunt et nunc ex precepto domini pape in meam se posuit potestatem, vestram deprecor excellenciam quatenus ei a rege Navarre, qui propter hoc honorem suum et terram sibi emparavit, reddi faciatis et solvi amore mei, qui de negocio Navarre mandato vestro et voluntati me obedire proposui, quod nisi vestro rogatu nullo modo adquiescerem. Sicque precor de eo agatis ne inimici sui quod pro bono fecisse cognoscitur ad dampnum sibi evenisse letentur. Cetera que vobis non scribo per Migdoniensem episcopum fidelissimum vestrum vestre maiestati denuncio et eum specialiter vobis comendo.

1. *Segueix veritate, ratllat.* 2. *Manca.*

1030

1158, febrer, 13

Venda. *Pere Dalmau i el seu germà Ponç venen a Pere Martí, canviador, unes torres amb mur i cases i altres pertinences que tenen a la ciutat de Barcelona, al lloc anomenat Aladins, pel preu de noranta-cinc morabatins d'or.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet del 8 d'octubre de 1219. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 315, 273 × 201 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta i d'alguns petits forats a la meitat dreta del pergamí.

Cit. BALARI JOVANY, *Origenes*, p. 58. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 66.

Omnibus¹ sit manifestum qualiter ego Petrus Dalmatii et frater meus Poncius, nos simul² in unum, vendimus tibi Petro Martini cambiatori et tuis alodia nostra propria, scili[et] turres cum muro et ortis et domibus et curtalibus et arboribus diversi generis et puteis et parietibus, et cum om[nibus] suis pertinenciis [...]³ habemus et tenemus per vocem genitorum nostrorum et per alias quaslibet voces infra m[oenia] c[ivitat]is Barchinone, [in loco] vocitato Adalins.⁴ Terminantur autem prenominata omnia ab oriente in orto [...]⁵pex⁵ que sunt alodium⁶ canonice, a meridie in orto ecclesie Sancti Petri de Vico, ab occiduo in orto Petri de Barchinona foris ipsos muros, a circio in turre et orto Iohannis Medici et in alodio de Barberano et in ipsa via. Sicut a prefatis terminis concluduntur et terminantur, prefata omnia cum omnibus suis pertinenciis et adiacenciis, simul cum ingressibus et egressibus suis, integriter, vendimus tibi et tuis ac ut melius dici vel intelligi potest, ad tuum tuorumque salvamentum. De nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem per tuum proprium plenissimum liberum et franchum alodium, secure et libere, et in sana pace omni tempore possidendum ad quod ibi vel exinde facere volueris ad tuam voluntatem, absque ullius ominis vel femine blandimento et sine ulla voce ibi a nobis vel a nostris ullo modo re[tenta]. Accipimus a te⁷ pro hac vendicione XC^aV mo[r]abitinos⁸ boni⁹ [Aia]-dinos¹⁰ in auro, sine engan. Et est manifestum. Isto precio nichil apud te remansit. Si quis hoc dirumpere presumpserit, nil valeat, sed supradicta in duplo componamus sive componat cum omni sua melioracione. Et insuper hec venditio omni tempore maneat firma.

Actum est hoc idus februarii, anno XXI regni Ledoyci iunioris.

Signum+ Petri Dalmatii, Signum+ Poncii fratris eius, Signum+ Agnetis mater eorum, qui hoc laudamus et firmamus firmarique rogamus.

Signum+ Guilie, uxoris Petri Dalmatii, Sig+num Berengari[i]¹¹ Donucii, Signum+ Petri Catala, Signum+ Bernardi Ollegarii, Signum+ Bruneti de Vinealibus, Signum+ Panee femine, Signum+ Petri filii eius, qui hoc laudamus et firmamus.

Sig+num Petri [de Corron]¹² scriptoris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.¹³

1. B comença: Hoc est translatum fideliter factum. 2. m corregeix s. 3. Espai de 25 mm, il·legible a causa de l'esvaniment de la tinta. 4. En lloc d'Aladins.

5. Espai de 100 mm, il·legible a causa de l'esvaniment de la tinta. 6. adolium al text. 7. a te afegit a la interlínia. 8. Manca. 9. En lloc de bonos. 10. Manca. 11. Manca. 12. Espai de 35 mm, il·legible a causa de l'esvaniment de la tinta. 13. B acaba: Signum+ Arnaldi, presbiter; Sig+num Guillelmi, presbiteri, notarii, Sig(senyal)num Bernardi, presbiteri, Signum+ Petri de Deo, Signum+ Gerald Novelli, Signum+ Raimundi Verdelo, Signum+ Raimundi de Vico, nos huic translato presentes testes adfuimus. Sig(senyal)num Guillelmi, subdiachoni, notarii. Sig+num Petri Vives, qui hoc translatum fideliter scripsit precepto [...], cum literis suprappositis in linea XIIIª, VIII idus octobris, anno Domini M^oCC^oXVIII^o.

1031

1158, febrer. Saragossa

Convivença. *Lope, bisbe de Pamplona, reconeix a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, que és hostatge seu i que quan sigui restituit en la seva dignitat posarà en interdicte el rei de Navarra fins que compleixi els pactes amb el comte.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 316 (*olim* arm. 7 Concòrdies Reials, sac de Sant Francesc Xavier, núm. 37), 245 × 201 mm. Estat de conservació regular a causa de l'afloreament de l'escriptura d'un altre document amb el qual hauria estat en contacte i a causa d'alguns petits forats a la part superior del pergamí.

Cit. Kosto, *Making agreements*, p. 131.

Notum sit omnibus hominibus ad quos hec scriptura pervenerit quoniam ego Lupus, Pam[pi]lonensis episcopus, atorgo et recognosco tibi Raimundo Berengarii, Barchinonensium comiti atque Aragonensium principi, ipsum ostaticum quod tibi feci, pro quo sum in manu tua per mandatum domini mei Pape et sicut in cartis et scriptis inter me et te habetur et continetur. Et convenio tibi in bona fide et ordine meo ut cum fuero restitutus in ordine et officio meo, a quo sum modo suspensus, interdicam regem Navarre et totam ipsam terram et tandiu sub interdicto tenebo quousque pro ostatico isto quo tibi subpositus sum tibi iamdictus rex satisfaciat et castra mea que mihi abstulit et honorem mihi restituat. Convenio etiam tibi in recta fide mea ut cum recuperata habuero castra et honorem meum adiuvabo te et valebo tibi per fidem, sine tuo engan, contra omnes homines sine aliqua fraude, cum omnibus meis castellis et villis et hominibus meis et cum omni pertinencia mea; et dabo tibi potestatem de ipsis castris que recuperavero, si eam michi quesieris, sine ullo tuo engan. Et propter dampnum quod tibi evenit pro isto meo ostatico, faciam tibi emendacionem et restitutionem qualem tu suprascripse comes mihi mandaveris vel Barchinonensis et Cesaraugustanus episcopi mihi laudaverint et

consuluerint. Sicut superius scripta sunt omnia, ita convenio et affido tibi Raimundo comiti suprascripto in vera fide et ordine meo ac romanę eccliesię debita reverencia, pro cuius mandato et obediencia in tuo sum devolutus ostatico, ut ita compleam tibi firmiter et atendam sine tuo engan, excepto quantum tuo grato animo me inde absolveris vel prolongaveris. Et iuro tibi propria manu ut sicut superius scripta sunt omnia ita faciam tibi et ita compleam et atendam sine tuo engan, per hec sancta IIII^{or} Evangelia. Ego insuper Raimundus comes iamdictus convenio tibi suprascripto Lupo, Pampilonensi episcopo, ut ex tunc valeam tibi et adiuvem te cum mea potencia sine tuo¹ engan.

Actum est hoc in mense februarii apud Cesaraugustam, in presencia episcoporum videlicet Barchinonensis ac Cesaraugustani, in Era millesima CXCVI, anno ab Incarnacione Domini millesimo CLVII.

Sig+num Lupi*, + Pampilonensis episcopi.

S+ignum Guillelmi*, Barchinonensis episcopi +. Petrus*, Dei gratia Cesaraugustanus episcopus (*senyal*).

Sig+num Poncii scribe, qui hoc scripsit.

1. tuo *afegit a la interlínia*.

1032

1158, març

Passament de comptes. *Bernat de Bell-lloc passa comptes dels drets comtals amb Bertran a Prats de Molló, amb Arnau de Molló a Molló i amb Ramon de Ribes a Ribes de Freser.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3218, 178 × 144 mm. Bon estat de conservació.

a BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 7.

Acceptem la data proposada per Bisson. Document opistògraf.

Postrema ebdomada marcii anno XXI¹ computavit Bernardus de Bellog in Pratis cum Bertrando, in presencia Arnalli de Moione et Petri clerici et Poncii scribe et Poncii de Sexa et aliorum. Et facto computo remansit super Bertrandum CXXXVII solidi; et remanserunt in Pratis, de forment III modii et sesters IIII et de cibaria de renou modios XXIII;² et remanserunt super Bertrandum de ipsa alia carta prepositi XXXVI solidi; et remanserunt ei XX bachons de XX molinis;³ et remanserunt ei III pernas. Sunt in Pratis XX et II molini, unde exeunt terni solidi de unoquoque.

Moio. In prima ebdomada marcii, post computum cum Arnaldo de Moio,⁴ remanserunt in Moio de blad et de avena⁵ modii XII et sesters IIII et de avena XIII sesters et de frumento I modio et VI sesters et de cibaria de renou XL modios.

Ribes. Remanent super Ramon de Ribes CXL modios de blad de quibus sunt XL modii de molendinis de Pardines; de molendinis de Ripis, XXXIII modios; de molinis de Ventola VI modios; de molinis de Cheralbs XL modios, excepto blad de tasches et de cussures.

Ribes. Sunt porci comitales in honore de Ripis LX moltonals et XIII sollors, pachata Milicia Templi et Corneliano et Sancto Petro. Sunt pernes in Ribes ad opus comitis XCII et moltos magencs XXI et XVII paria de gallinis. Omnia supradicta remanent ad opus comitis, pachatis omnibus debitis.⁶

1. anno XXI afegit sobre la primera línia. Segueix I, ratllat. 2. Segueix un espai en blanc de 10 mm, amb una línia que ocupa tot l'espai. 3. Segueix un espai en blanc de 20 mm, amb una línia que ocupa tot l'espai. 4. In prima... Moio afegit a la interlínia, escrit per una altra mà. 5. et de avena afegit a la interlínia. 6. Segueix cancel·lat al dors del pergami: B. de Pelafort, [...] solidos. Guilelmo de Rovados, C, quos pachavit A. de [...]omni escrivam LXX solidos per [...] et A. de [...] io pachavit ad Ber[nard] de Belog X solidos in Pratis [...] C solidos.

1033

1158, juny, 16

Convinença. *Guilleuma, vídua de Ramon de Pedra, i el seu espòs Bernat de Vilar prometen a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, que no permetran que ningú, excepte el vescomte de Cardona, l'ataqui des del seu castell de la Pedra. A canvi, el comte promet que els defensarà i protegirà el seu castell.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 318 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac C, núm. 398), 156 × 189 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 371.]

a CODOIN, IV, doc. CII.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 370.

Hec est conveniencia quam nos Guillelma, que¹ fui uxor Raimundi de Petra, et Bernardus de Vilar vir meus et dominus facimus tibi Raimundo Berengarii, Barchinonensium comiti et marchioni Aragonensiumque principi, et successoribus tuis, per nos et per successores nostros, quod ullus homo vel femina non faciat

vobis guerram vel malefacta, occulte vel manifeste, de ipso castro de Petra, excepto vicecomite Cardonensi, quandiu nos predictum castrum habuerimus vel tenuerimus. Et propter hoc ego Raimundus Berengarii supradictus comes convenio vobis Guillelme et Bernardo supradictis et successoribus vestris, per me et per successores meos, quod manuteneam et deffendam predictum castrum cum omni suo honore et terminis contra cunctos homines vel feminas quibus vos per me et curiam meam volueritis facere directum. Et propter istam convenienciam semper ab utraque parte tenendam, nos Guillelma et Bernardus vir meus facimus tibi supradicto comiti hominum et fidelitatem manibus propriis comandantes, cum sacramento facto et scripto. Iuramus nos Bernardus de Vilar et uxor mea Guillelma tibi Raimundo Berengarii, predicto comiti, supradictam convenienciam tibi tenere et habere per fidem, sine engan, atque attendere per Deum et hec sancta.²

Actum sunt hec XVI kalendas iulii, anno XXI regni Ledoyci iunioris.

Signum+ Guillelme, Sig+num Bernardi viri eius, qui hoc laudamus et firmamus firmarique rogamus.

Signum+ Raimundi Berengarii de Paladol. Signum+ Guillelmi Raimundi dapiferi. Signum+ Bernardi de Bellog. Signum+ Mironis de Luciano. Signum+ Raimundi de Podio Alto. Sig+num Bernardi Marcucii*.

Sig+num Petri de Corron scriptoris, qui hoc scripsit, cum litteris emendatis in linea I^a, die et anno quo supra.

1. que escrit a sobre d'una raspadura. 2. Iuramus nos Bernardus de Vilar... per Deum et hec sancta escrit, al text, entre la subscripció de Bernat Marcús i la clausura del rogatari.

1034

1158, juny, 21

Convinença. *Guillelma, vídua de Ramon de Pedra, i el seu espòs Bernat de Vilar prometen a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, que l'excepció que constava a la convinença feta dies abans, per la qual havien exceptuat el vescomte de Cardona, només es mantindrà si el vescomte fa una concòrdia amb ells abans de Sant Miquel de l'any vinent. En cas contrari, si el comte ho vol, li faran una nova convinença sense menció del vescomte de Cardona.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 319 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac C, núm. 367), 96 × 191 mm. Bon estat de conservació.
 B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 372.]
 a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, doc. 371.

Hec est conveniencia quam nos Guillelma, que fui uxor Raimundi de Petra, et Bernardus de Vilar vir meus et dominus facimus tibi Raimundo Berengarii, comiti Barchinonensi, quod de ipsa conveniencia de castro de Petra quam tibi feceramus, in qua retinueramus vicecomitem Cardonensem contra te propter suum beneficium, si ab ista prima festivitate beati Michaelis usque ad annum fecerit concordiam nobiscum de suo beneficio et fevis, maneat ipsa conveniencia sicuti est. Si¹ vero usque ad predictum terminum hoc facere noluerit, exeat ipse vicecomes de predicta conveniencia quandocumque tu mandaveris et sicut tibi placuerit. Et faciamus alias conveniencias novas super hoc, in quibus nulla mencio fiat de predicto vicecomite Cardonensi.

Actum est hoc XI kalendas iulii, anno XXI regni Ledoyci iunioris.

Signum+ Guillelme, Signum+ Bernardi de Vilar, qui hoc laudamus et firmamus.

Signum+ Raimundi² Berengarii de Paladol. Sig+num Guillelmi Raimundi dapiferi. Signum+ Bernardi de Bellog. Signum+ Mironis de Luza.

Sig+num Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. i *corregeix* o. 2. Ra *corregeix* Ber.

1035

1158, juliol, 5

Encomanament. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, encomana a Berenguer de Guàrdia, fill del difunt vescomte Reverter, el castell de la Guàrdia de Montserrat, amb dues tercers parts de les dominicatures. A canvi, Berenguer de Guàrdia promet ser fidel al comte i donar-li la potestat del castell sempre que la hi demani.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 324 (*olim* arm. 3 Lleida, sac D, núm. 213), 178 × 292 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

- B* [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 355.]
a CODOIN, IV, doc. CXII.
b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 344 (amb data de 1159).
c MATEU; MATEU, *Colectànea*, I, doc. núm. 34, pp. 487-489, II, lám. 34 (amb data de 1160).
d RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, doc. 188 (amb data de 1159).

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 41. — KOSTO, *Making agreements*, p. 257.

Hec est conveniencia que est facta inter domnum Raimundum Berengarii, comitem Barchinonensem, principem Aragonensem, et Berengarium de ipsa Guardia, filium condam Revertarii vicecomitis. Ego quoque Raimundus supradictus comes comendo tibi supradicto Berengario meum castrum de ipsa Guardia et dono tibi ipsos milites cum ipsis fevis quos habere debent in supradicto castro de Guardia. Item dono tibi duas partes de dominicaturis et de alodiis et terris cultis et heremis et de omnibus pertinenciis suis et de omnibus suis eximentis que ad iamdictum castrum ullo modo exire debent; et terciam partem integriter in omnibus mihi retineo solide et libere in dominium. Et ego supradictus Berengarius de Guardia, propter hoc donum superius comprehensum quod tu prelibatus Raimundus comes mihi facis, convenio tibi, sine engan, ut sim tibi fidelis de vita tua et de corpore tuo et de membris tuis que in corpore tuo se tenent, sicut homo debet esse fidelis suo meliori domino; et ero tibi adiutor et deffensor contra cunctos homines vel feminas, sine engan, de omni tuo honore quem hodie habes et in antea habueris, ut ego nec ullus homo vel femina, per me vel per meum consilium neque per meum ingenium vel per meum auxilium, aliquid inde tibi vel tuis non tollam neque tollere faciam neque tollat vel tollant. Et dabo tibi et tuis potestatem de predicto castro de Guardia, iratus aut paccatus, per quantascumque vices mihi demandaveris vel me monueris per te vel per nuncios tuos sive nuncium; et non me vetabo videre vel monuere a te vel a tuis nunciis sive nuncio. Et in omnibus ero tibi fidelis sine engan et sine ullo malo ingenio. Iterum convenio tibi quod sim tuus solidus contra cunctos homines vel feminas sine engan; et cum universis militibus predicti castri de Guardia et cum aliis quos per te habeo faciam tibi ostes et cavalcatas et curia sequimenta et placita quocienscumque mihi demandaveris.

Actum est hoc III nonas iulii, anno XXII regni Ledoyci iunioris.

Signum+ Raimundi comes.

Signum+ Guillelmi Raimundi dapiferi. Signum+ Guillelmi de Castro Vetulo. Signum+ Raimundi de Podio Alto. Sig+num Bernardi de Belloch.

Sig(*senyal*)num Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1036

1158, octubre, 13

Testament. *Maria atorga testament. Fa diversos llegats a institucions eclesiàstiques i a altres persones i llega la resta dels seus béns als seus fills Pere i Bernat, amb reserva d'usdefruit per al seu marit Arnau.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet del 5 d'abril de 1173. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 217c, 276 × 375 mm. Bon estat de conservació.

Aquest trasllat forma part d'un conjunt de tres documents copiats en dues columnes, un darrere l'altre. Quant als altres dos documents, només un s'inscriu dins la cronologia d'aquest treball (vegeu el document núm. 885).

Hic est testamentale de me Maria, quod iniungo ad istos meos helemosinariis, id sunt, viri mei Arnallus et Sabat atque Raimundi. Preco vos amicis meis ut si de ista mors michi advenit, apprehendatis omnem meum avere et stabilire sicut in ista paginola scripsit. In primis, concedo Sancte Marie Calidis, ad sua opera, sestario I de vino. Concedo Petro Carbonelli alio. Ad ipso capellano, bestia I. Berengario, que vocant Vetulo, sestario I de vino, quartera I ordeï. Concedo infra Berengarii, Oriol, Guillelm, Mir, besties II per misses. Concedo ad ipsa confradria Sancti Petri Calidis diners XVIII. Concedo ipsa mea tercia parte que remanet donetis per¹ mea anima. Concedo ad viro meo Arnallus et ad filiiis meis Petro atque Bernart dimitto ipsa mea honore: cases, terres et vineas, cultas vel eremas, arboribus omnia que in omnibus, quantum ego habeo vel habere debeo in cunctisque locis. In tale racione ut ego illo meo virum teneo sine blandim[en]to² filio sicut tenuit de vita sua;³ et post obitum illo, remaneat ad filiiis meis ut dividant equaliter. Et si hobierint unum ex illo de filiiis de hoc seculo sine infante de legitimo coniugio, remaneat ad alio.

Actum est hoc III idus octobris, anno XXII regnante Lodoyco rege.

Sig+num Maria, qui isto testamento fieri feci, firmavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Arnallus. Sig+num Sabat. Sig+num Raimundi. Sig+num Berengarii fratre suo. Sig+num Ramon Rodballus.

Sig+num Berengarii presbiter, qui hoc scripsit (*senyal*) die et anno quo supra.

Sig+num Arnaldi sacerdotis, qui hoc rogatus scripsit translatum fideliter translatum die nonas aprilis, anno XXXVI regni regis Leovici iunioris.

1. En lloc de pro.
2. Manca.
3. Aquesta frase és de difícil comprensió.

1037

1158, octubre

Establiment. *Arnau Mir I, comte de Pallars Jussà, i la seva esposa Òria estableixen als esposos Pere Arnau i Maria l'alou que tenen a Montanyana, al lloc anomenat Kasella, amb la condició que els beneficiaris els donaran el delme dels fruits que n'obtinguin.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 320 (*olim* arm. 3 Lleida, sac H, núm. 270), 117 × 277 mm. Bon estat de conservació.

Cit. ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 67.

Ut ita valeat donacio sicut et empcio, donacio vero qui per volumptate facta fuerit talem abeat firmitatem qualem et empcio, quia res donata et in presentia tradita nullo modo repetatur a donatore. Igitur, in Dei nomine, ego Arnallus, comes Paliarensis, et coniuge mea Aurea comitissa donatores sumus vobis Pere Arnall et uxor tua Maria et posteritati vestre. Per hanc scripturam donacionis donamus vobis, de alaude nostro quod abemus in termino kastrum Montaniana, prenominatim una terra ubi dicitur ad illa Kasella. Et terminamur eam a parte orientis via publica, ab occidente rocha. Quantum infra istas afrontaciones includunt, sic donamus vobis ab integrum, ad proprium alaudem et ad vestram volumptatem facere, ad vos et posteritati vestre. Et nos damus vobis illa terra in tali conveniencia ut donetis nobis illum decimum qui inde exierit ad nos et posteritati nostre. Et est manifestum. Quod si nos donatores suprascripti aut aliquis homo vel femina de stirpe nostra vel alia qui ista carta inquietaverit, in duplo componat. Et non sit disrupta.

Facta ista carta mense octobris anni Domini M^oC^oL^oVIII^o, regnante Arnallus comes in Paliars.

Sig+num Arnallus comes, Sig+num coniuge mea Aurea comitissa, qui hanc cartam novavimus scribere testibusque firmare et nostra signa facere.

Sig+num Guillelm de Claret, Sig+num Bernad Gallard, testes sunt isti.

Poncius subdiachonus (*senyal*) scripsit +.

1038

1158, novembre, 24

Venda. *Els esposos Bernat de Pedrós i Pereta venen a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, la meitat del molí Abadenc, al terme de Terrassa, al riu Ripoll, prop de Baiona, a Sant Vicenç de Jonqueres, pel preu de setze morabatins.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 321 (*olim* arm. 10 Manresa, sac H, núm. 308), 168 × 222 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus de Petros et uxor mea Pereta vendimus tibi domno Raimundo, comiti Barchinonensi et principi Aragonensi, illam nostram medietatem integriter totius ipsius molendini Abadenc, cum casali et cum ipsa casa, cum rego et capud rego et glebariis et exaguador et cum aqua sua et cum omnibus suis ademprivis et utensilibus que ad ipsum molendinum pertinent et pertinere debent, sicut melius habemus et tenemus cum Raimundo de Torredella in Barchinonensi comitatu, infra terminum Terracie, in parroechia Sancti Vincencii de Ioncheres, in ipso rivo de Riopollo, prope Baionam. Advenit quoque mihi Bernardo per vocem predictae uxoris mee; mee vero uxori per vocem genitorum suorum et per alias quaslibet voces. Supradictam quoque nostram medietatem totius prefati molendini, cum omnibus suis utensilibus, cum introitibus et exitibus suis, vendimus tibi prefato comiti et successoribus tuis in perpetuum ac ut melius dici vel intelligi potest ad tuum salvamentum. De nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem per tuum proprium plenissimum liberum et franchum alodium, ad quicquid ibi vel exinde facere volueris ad tuam voluntatem, sine ullo nostro notrorumque retentu et sine vinculo ullius hominis vel femine. Accipimus a te pro hac venditione XVI morabetinos bonos aiadinos in auro, sine engan. Et est manifestum. Si quis hoc fregerit, supradicta in duplo componat. Et insuper hec venditio omni tempore maneat firma.

Actum est hoc VIII kalendas december, anno XXII regni Ledoyci iunioris.

Sig+num Bernardi de Pedros, Signum+ Perete, uxoris eius, Signum+ Raimundi de Arenis, fratris eius, qui hoc laudamus et firmamus firmarique rogamus.

Signum+ Petri Guillelmi. Signum+ Ferri. Signum+ Porcelli, baiuli. Sig+num Petri Arnalli*, vicarii. Signum+ Iohannis Martini*.

Sig+num Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1039

1158, desembre, 3

Convinença. *Berenguer de Sant Vicenç, mestre del Temple, dóna a Carbonella i el seu espòs Pere Poc el dret de pas d'aigua per l'alou de l'orde per a construir un molí a l'alou de Carbonella, a Santa Perpètua de Mogoda, al lloc de Monte Bruno. Els frares pagaran dues terceres parts de les despeses de la construcció del molí i, una vegada construït, el tindran a mitges amb els esposos i en compartiran les despeses a parts iguals. A més, Carbonella i el seu espòs donaran aigua al molí que el Temple té al Morral.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 322, 198 × 173 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 216, 259. — KOSTO, *Making agreements*, p. 119.

Hec est conveniencia que est facta inter Berengarium Sancti Vincencii, magistrum militie Templi, et Carbonella et viro suo Petro Pauci. Manifestum est enim quod iamdictus Berengarius et fratres eius donant supradicte Carbonelle et Petro Pauci pasaticum aque per alodium Militie ad faciendum molendinum in alodium predicte Carbonelle. Et convenit prenomiatus Berengarius et fratres eius mitere duas partes in universis missionibus ad construendum molendinum et Carbonella et viro suo mittant terciam partem. Et post edificationem molendini, habeant ipsum molendinum per medium in omnibus rebus et fatiant cunctas missiones per medium omni tempore. Et Carbonella et Petrus Pauci donant militie Templi acceptionem aque ad molendinum Militie quod est ad ipsum Morral, subtus molendinum iamdicte Carbonelle et predicte Militie, in quo melius viderint, sine afollamento iamdicti molendini. Est autem predictum molendinum in comitatu Barchinone, in parrochia Sancte Perpetue, in loco vocitato Monte

Bruno. Si quis hoc violare presumpserit, in duplo componat. Et postea maneat firmum.

Quod est actum III nonas decembris, anno XXII regnante Lodoico iuniore.

Sig+num Berengarii Sancti Vincencii, signum+ Iohannes de Pera Lata, signum+ Iohannes de Plicaman, fratres Militie, nos qui hoc laudando¹ firmamus.

Signum+ Carbonelle, signum+ Petri Pauci, nos similiter qui hoc donum facimus et laudando firmamus.

Signum+ Dulcia, sororis Carbonelle. Signum+ Petri Berengarii de Aurunciana. Signum+ Guillelmi de Mocuta. Signum+ Bernardi Berengarii de Plicamanus. Signum+ Porcelli. Signum+ Berengarii de Bannalauca.

Petri sacerdotis (*senyal*), qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. do *corregeix* mus.

1040

1158, desembre, 13

Confirmació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, confirma a Ramon de Torrella i a la seva esposa Geralda la quarta part que s'havien retingut del molí Susgiter, que li havien venut, situat a Sant Vicenç de Jonqueres, prop de Baiona, amb la condició que es facin càrrec de la quarta part de les despeses del molí.*

A ACA, Cancellaria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 323, 94 × 209 mm. Estat de conservació regular a causa de la mutilació del marge dret del pergami.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 41, 99.

Sit notum cunctis quod ego Raimundus, Dei gratia comes Barchinonensis et princeps Aragonensis, Tortose et Iler[de atque Provincie] marchio, laudo et concedo tibi Raimundo de Turredella et uxori tue Gerallæ et vestris illam quartam par[tem] quem retinuisti¹ ipsius molendini Susgiter quod mihi vendidisti in terminio Terracie, in parrochia Sancti Vincencii de Ioncheres, prope Baionam. Quam quartam partem ipsius molendini Susgiter vos et vestri habeatis omne tempore. Et quod vos et vestri mittatis quartam partem in omnibus missionibus que ad ipsum molendinum Susgiter opus fuerit.

Actum est hoc idus decembris, anno XXII regni Ledoyci iunioris.

Sig+num Bernardi Marcucii*. Sig+num Petri Arnalli*.
 2. משה זצ"ל [...]

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Petri de Corron scriptoris, qui hoc scripsit die et ano quo supra.

1. nuisti encabit a la línia. 2. [...] Moixé zts"l [que beneïda sigui la memòria del just!]. *Agraïm la lectura, transcripció i traducció al Dr. Joan Ferrer de la Universitat de Girona i al Dr. Jordi Casanovas del Museu Nacional d'Art de Catalunya.*

1041

[1121-1158]

Greuges. *Els fills d'Arnau Ramon d'Igualada presenten greuges contra Ramon Guillem d'Òdena.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3156 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1116), 105 × 150 mm. Bon estat de conservació.

Datem pels anys dels documents coneguts de Ramon Guillem d'Òdena.

Querimonias quas habet filiis Arnalli Raimundi de Aqualata hec sunt: De Ramundi Guilielmi de Otina, qui venit una die valde mane in Aqualata et apreudit nostras domos et nos sine vestimento minavit et in gravi carcere misit unde semi vivos eduximus. Post hoc accepit de nostro avere quantum invenire potuit. In primis LX^a oves optimas et X porcos, et I asina et I equa pregnata, et X quarters de carne et X guadengas, et V lencols et V plomacs et X marfegas, et I^a sarracena cum filio suo, et omnia vestimenta que mater nostra abebat et nos, que valebat C solidis, et II calle-res et III cadenes, et nostros cavax et nostras reies, inter draps de li et de canem textum et a tixer CC adnes¹ et de² diners XIII solidos, et³ II cantars de mel et V quarteras fava, et V quarteras de nuces et XL^a paria gallinarum et anatum, et I^a tona de vi et XX^{ti} escudeles, et V canades et II cuierers plens de cuieres et tota omnia vascula quem ibi invenit. Et multas alias querimonias et malefactas que fecerat patri nostro quando in alia vice misit in carcerem et abstulit C morabetinos unde emendas nobis convenerat et non fecit. Et multas alias malefactas quas deinceps nobis sunt factas in multis modis.⁴

1. nes afegit a la interlínia. 2. de afegit a la interlínia. 3. et afegit a la interlínia. 4. Segueix, afegit per una altra mà: et XL quarteras ordeï et X quarteras frumenti.

1042

1159, gener, 1. Saragossa

Donació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, dona a Ezo i als seus fills el castell de Pradilla de Ebro.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del primer quart del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 328 (*olim* arm. 27 Tarassona, sac L, núm. 2), 348 × 233 mm. Bon estat de conservació malgrat un estrip, que coincideix amb un dels plecs del pergami.

C Còpia de la primera meitat del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 328 dupl. (*olim* arm. 23 Templers, sac F, núm. 387), 316 × 239 mm. Bon estat de conservació.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 41, 99.

(*Crismó*) In Dei nomine et eius divina gratia. Ego Raimundus, comes Barchinonensis, princeps regni Aragonensis, Tortose et Illerde marchio, facio hanc cartam donacionis et concessionis. Placuit mihi libenti animo et spontanea voluntate, dono namque concedo vobis domne Eço et omnibus filiis vestris castrum de Pratella in hereditatem, cum omnibus terminis que ipsa die tenebatis qua de predicto castro mihi hominum fecistis. Taliter vero iamdictum castrum vobis et successoribus vestris pro me et pro successoribus meis dono ut vos et vestri donetis mihi et meis, irati et paccati, potestatem per quantas vices pro me vel pro meis vos vel vestri comoniti fueritis; et quod vos vel vestri non proibeatis vos inde videre vel comonere; et quod vos faciatis inde guerram vel pacem ubicumque ego vel mei vobis vel vestris mandaverimus; et quod vos et vestri serviatis michi inde et meis secundum honorem que ad iamdictum castrum pertineat. Et hoc donativum, sicut superius scriptum est, sic dono vobis et vestris iamdictum castrum ut pro me et pro meis habeatis et teneatis illud, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate; et quod vos vel vestri non amitatis nec perdatis illud supranominatum castrum per secula cuncta, nisi pro fraude vel pro tradicionem.¹

Sig+num Raimundi comes.

Facta carta donacionis et concessionis in Era M^a C^a LXXXX^a VII^a, prima die ianuarii, in civitate Cesarauguste. Dominante me

Raimundo, Barchinonensi comite, in Aragone, in Super Arbe sive in Ripa Curcia, Tortosa atque Illerda. Episcopo Petro in Cesaraugusta. Episcopo Martino in Tiraçona. Episcopo don Dodo in Oscha. Episcopo Guillelmo Petri in Illerda. Palaciano in Cesaraugusta et in Alagon. Comite Palearensi in Ricla. Petro Ortiç in Aranda. Petro de Castelaçolo in Calataiub. Fortunio Açenariç² in Tiraçona. Blascho in Borga.

Ego, Guillelmus Petri, sub iussione domini mei comitis hanc cartam die et anno quo supra scripsi et de manu mea propria hoc signum (*senyal*) feci.

1. vel tradicionem B. 2. Aznariç B.

1043

1159, juny, 9

Empenyorament. *Ramon Berneguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, empenyora a Guillem Mainard els béns i rendes que té a Prats de Molló, per raó d'un deute de dos mil cinc-cents morabatinos.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, apèndix, núm. 6, 230 × 280 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

a CODOIN, IV, doc. CXI.

b BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 8.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 523. — BOTET i SISÓ, *Les monedes*, I, p. 65. — KOSTO, *Making agreements*, p. 131.

Document cancel·lat, tal com ho indiquen els talls fets a la part central.

Notum sit omnibus quoniam ego Raimundus, comes Barchinonensis, princeps Aragonensis, debeo tibi Guillelmo Mainardi II milia et D morabetinos aiadinos et lupinos, propter quos impignerò tibi totum illud quod modo habeo et recipio in Pratis, in dominio et in tota parrohchia Sanctę Iustę, videlicet in quartis, in taschis, in decimis, in chestiis, in truginis, in placitis et iusticiis, et servicis et usaticis, et in boschis et in riberes et in piscacionibus, et in planis et in montibus, in condirectis et in eremis, et in omnibus que ibi accipio in dominio aliquo modo. Et quod mitas inibi tuum proprium baiulum et non erit ibi ullus baiulus nisi ille quem tu ibi volueris miterere. Et si qua ibi fuerint placita, notificet ea baiulus tuus meo baiulo de Moione et insimul cum aliis probis hominibus de Pratis placitent ea et determinent sive

per iudicium sive per laudem et tu Guillelmus habeas quiquid inde exierit ad tuam voluntatem. In tali quoque pacto predictum pignus tibi subpono ut omnia que inde exierint hoc primo anno, de isto mense iunio usque ad alium, accipias per CCCC morabetinos in tuo pachamento. Deinde vero accipias per singulos annos omnia que inde exierint in omnibus per CCC morabetinos similiter in tuo pachamento quousque sis pachatus. Et quod superfuerit habeas ad tuam voluntatem in tuo proprio ad omne velle tuum inde perficiendum. Predictum vero pignus possis tenere, dare, dimittere vel¹ comendare cuicumque volueris, tam in vita quam in morte, quousque inde sint tibi vel tuis plenarie persoluti predicti II milia et D morabetini, aut ego vel mei te inde pacharem sine tuo engan de quanto inde remaneret si aliquis prephatum pignus tibi vel tuis impediret vel occuparet. Et de hoc toto ego non decipiam te nec faciam decipi. Si autem, quod absit, aliquis tibi vel tuis auferret vel impararet predictum pignus, laudo tibi et confirmo in ipsos ostaticos quos tibi posueram per III mille et CC morabetinos quos mihi acomodasti quando ivi ad recuperandam Trencataiam, quia istum debitum est adhuc de ipso debito primo. Sunt ipsi ostatici Raimundus de Podio Alto, Arnallus de Lercio, maior, Artallus de Castelnou, Guillelmus de Montcada, Raimundus frater eius, Guillelmus de Castelvei, macip, Guillelmus de Bellog, quem tibi dedi pro Bernardo de Bellog, ut isti redeant in tuum ostaticum illuc ubi tibi illud facere convenerunt et inde non exeant aliquo modo donec ego vel mei pacharemus et redderemus tibi vel tuis hoc totum quod inde remaneret ad pachandum sine tuo engan. Nos vero supradicti ostatici convenimus tibi Guillelme Mainardi sub illo sacramento quod tibi fecimus in alia carta ut sicut supra-scriptum est, ita compleamus et atendamus tibi vel tuis sine tuo engan. In hoc autem debito est pacatus Guillelmus Longus quem tu pachasti per me de hoc quod ei debebam.

Actum est hoc V idus iunii, anno ab Incarnacione Domini millesimo CLVIII.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Raimundi de Podio Alto. Sig+num Arnalli de Lercio, maioris.² Sig + num Artalli de Castello Novo. Sig+num Guillelmi de Montcada. Sig+num Raimundi fratris eius. Sig+num Guillelmi de Castelvei, macip. Sig+num Guillelmi de Bellog.

Sig+num Guillelmi Beg. Sig+num Guillelmi Ulrig. Sig+num Guillelmi Longi. Sig+num Geralli Udalardi. Sig+num Guillelmi d-Albari. Sig+num Petri Poncii. Sig+num Petri Prementis Clavem.

Sig+num Poncii scribe, qui hoc scripsit.

1. *Segueix* inpignorare, ratllat, i comendare, afegit a la interlúnia. 2. *Segueix* Sig+num, sense cancel·lar.

1044

1159, juny, 28

Convinença. *Guillem de Pla (o de Palou) es posa sota la protecció de Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, i promet pagar-li anualment un cens consistent en un porc o tres sous, que pagarà al batlle de Barcelona. El comte l'acull sota la seva protecció i mana als batlles de Barcelona i Vilamajor que el defensin.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 341 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac A, núm. 205), 104 × 280 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

Notum sit omnibus hominibus quoniam ego Guillelmus de Plano pono me ipsum, cum omni meo avere et cum omnibus rebus meis, in custodia et defensione dompni Raimundi, comitis Barchinonensis atque Aragonensium principis. Et ut deinceps me et omnia mea secure custodiat atque defendat, dabo ei omni tempore vite mee unum porcum comitalem per censum annuatim aut III solidos in denariis. Et istum censum persolvam per singulos annos baiulo suo qui tenuerit Barchinonensem baiuliam, sine ulla contradictione, ad festum Sancti Andree. Quapropter ego Raimundus, comes Barchinonensis iamdictus, recipio et emparo te prenominatum Guillelmum de Paladol sub mea custodia et defensione, ut deinceps in omni tuo directo contra omnes te iniuriare vel infestare volentes manuteneam atque defendam. Et mando ad meum baiulum Barchinone ut, si necesse fuerit, cum omnibus meis hominibus Barchinone te defendat et manuteneat. Et similiter hoc mando ad baiulum meum de Villa Maiore ut, loco mei, te semper in omnibus manuteneat et defendat cum meis hominibus Ville Maioris.

Actum est hoc IIII kalendas iulii, anno XXIII regni Ledovici iunioris.

Sub predicta quoque condicione ego, Raimundus comes prescriptus, recipio te, prephatum Guillelmum, in hominatico meo et fidel[ita]te¹ tuis propriis manibus.

Sig+num Bernardi Marchucii. Sig+num Petri Arnalli.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Poncii scribe, qui hoc scripsit.

1. *Manca.*

1045

1159, setembre, 9

Establiment. *Bremon i la seva esposa Erovís estableixen als esposos Josbert Maiol i Ermessenda i Guillem Maiol i Quixol un molí anomenat Septem Eimines, amb les terres i vinyes adjuntes, excepte la Coma Grossa, situat a Santa Creu de Jotglar, pel cens d'un parell de capons, un parell de fogasses, mitja mitgera de civada i la tasca de les terres i vinyes. Es paguen sis sous, moneda de Vic, d'entrada.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 325 (*olim* arm. 9 Vic, sac G, núm. 286), 138 × 270 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET i Sisó, *Les monedes*, p. 168.

In nomine Domini. Ego Bremundus et uxor mea Eruvis vinditores summus vobis Iozbert Maiol et coniux tua Ermessen et Guillem Maiol et uxor sua Chixol. Per hanc scriptura vinditionis nostre vendimus nos vobis molino I et mulnario, que vocant VII Eimines, cum capud aquarum et cum ipsa resclosa et glevars qui ad ipsum mulinum pertinent, cum petras mobiles vel i[m]mobiles¹ et totum eadem que habemus in flumine Lucanense et pervadit ad ipsum cursum Sancti Geraldii, et sunt terras et vineas, cultas vel ermas, et cum petris petrarum et aquis aquarum, vieductibus et reductibus, silvis, garricis, pratis, pascuis qui ad usum hominum pertinent. Et advenit nobis de parentorum vel de comparatione sive per qualicumque voces. Et est ipsa omnia in comitatu Ausona, in apendicio Sancte Marie Olostense, in locum que vocant Sancta Cruce. Et habet afrontationes ipsum alodem de parte oriente in ipsa strada publica qui pergit per ipsum domun Sancti Geraldii, de meridie in Pela Fols, de occiduo in strada publica qui pergit subtus ipsos Bogones, de parte vero circi in ipso prad que vocant Boiones. Quantum infra istas III^{or} afrontationes includunt, sic vendimus vobis ista hec omnia suprascripta ab integrum, quantum habemus vel habere debemus, totum ab integrum, cum exiis et regressiis earum, exceptus ipsa Coma Grossa, in propter precium solidos

VI monete Vice. Et est manifestum. Quod vero predicta omnia de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate ad faciendum que volueritis. In tali videlicet ratione que non potuistis alium seniore[m] facere nisi nos et posteritas nostra nec potuistis eum dare nec alienare nisi ad tuos similes que habetis in nostrum servicium. Et de istum mulinum iamdictum per unumquemque annum donetis parilio I de capons et parilio de fogaces et migera I^a de civada; et de ipsas terras et vineas suprascriptas donetis ipsam thascam. Et si nos vinditores aut ullus homo vel femina qui ista karta vindicione inquietare voluerit aud disrumpere, in duplo vobis componere faciat. Et in antea firma permaneat.

Facta karta transmutatione V^o idus septembris, anno XX^oIII^o regni Ledovici regis iunioris.

Sig+num Bermon, Sig+num Eirovis,² qui ista karta vinditione mandavimus scribere et testes firmare.

Sig+num Girbert Armenter. Sig+num Sinfre Bonfil. Sig+num Bermon Gisad.³

1. Manca. 2. La primera i afegida a la interlínia. 3. Manca la clausura. En el seu lloc hi ha la clausura del trasllat: Bernardus sacer, qui hoc translatavit die et anno quo supra (senyal).

1046

1159, octubre, 27

Definició. *Arnau de Valls Jussà i la seva esposa Pereta, d'acord amb un laude arbitral, renunciem a favor de Maiassenda de Polinyà, anomenada Malsenyada, i dels seus fills Arnau i Bernat als drets sobre la meitat del mas Arenes que tenien en penyora per raó d'un deute de noranta sous. Renunciem, també, als drets sobre el camp d'Arenes i al dret de fadiga sobre aquests béns.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 326, 126 × 175 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Estat de conservació regular a causa de l'enfosquiment del pergami.

a ALTURO, *Diplomatari de Polinyà*, doc. 102.

Sit notum cunctis qualiter efuerunt contentiones et placita inter Arnallum de Vallibus Jussà¹ et uxore sua Pereta cum Maiassendis de Poliniano, que vocant Mal Signata, et filiis suis de honore unde contendebant, que est in parrochia Sancte Marie Calidis. Ad ultimum, in laude et consilio Porcelli, baiuli comitis, et Poncii

de Planodolit et Bernardi Berengarii de Plicamanus et Raimundi de Gallifa et Petri Guillelmi de Caudis et Guillelmi de Fontaneto et aliorum proborum hominum, scilicet Poncius de Osor et alii quam plures, venerunt ad finem et concordiam de predicta honore. Igitur, in Dei nomine, ego Arnallus de Vallibus et uxor mea Pereta diffinimus et evacuamus et pacificamus tibi² Maiasendi, que vocant Mal Signata, et filiis tuis Arnallo atque Bernardo, nepotibus meis,³ ipsam medietatem mansi de Arenis, quem tenebamus in pignore per vos per XC solidos denariorum; et campum de⁴ Arenis qui est prope rivum Calidis. Hoc quoque diffinitionem et evacuationem facimus ita ut de hoc die in antea non simus vobis nec vestris clamantes nec querelantes, sed in sana pace teneatis et possideatis semper in perpetuum. Et de nostro honore non possimus vendere nec impignorare vel donare donec simus fatigati in vobis de XXX^a diebus. Et convenimus vobis esse fideles a[mi]cos sine engan.⁵ Si quis hoc violare presumpserit in duplo componat. Et postea maneat firmum omni tempore.

Quod est actum VI kalendas novembris, anno XXIII regnante Lodayco rege iuniore.

Sig+num Arnalli de Vallibus, Signum+ Pereta, Signum+ Petri filii eorum, nos qui istam diffinitionem facimus et firmamus firmarique rogamus.

Signum+ Porcelli, baiuli comitis. Signum+ Poncii de Planodolit. Signum+ Bernardi Berengarii. Signum+ Raimundi de Galifa. Signum+ Petri Guillelmi. Signum+ Guillelmi de Fontaneto. Signum+ Poncii de Osor.

Signum+ [Petrus sacerdos], qui hoc scripsit, cum litteris s[upra]po[sitis in] li[nea octava, di]e et anno quo sup[ra].

1. La segona s afegida sobre la primera línia. 2. tibi repetit. 3. nepotibus meis afegit a la interlínia. 4. d corregeix q. 5. les a[mi]cos sine engan afegit a la interlínia.

1047

1159, novembre, 23

Empenyorament. *Pere de Montpaó i el seu germà Carbonell empenyoren a Guillem Hug i a la seva mare un farraginar situat a Torrets, per raó d'un deute de cinc morabatins.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, apèndix, núm. 7, 110 × 165 mm. Bon estat de conservació.

Document cancel·lat tal com ho indiquen els talls fets a la part central.

Anno XXIII regnante Leodovicus iunioris, VIII kalendas decembris. Ego Pere de Montpaó et frater meus Carbonellus metemus in¹ pignora vobis Guillelmo Ugoni et mater tua I nostrum ferragenalem quem vobis tenebatis iam in pignora ad ipsos nostros Torrets. Et advenit nobis per omnes voces. Et abet afrontationes de oriente in nostrum alium ferragenalem de Quasta, de meridie in torrentum, de occiduo in nostrum alium ferragenalem et in alaude de Guillem Laminer, de circii in alaude de Guillem Laminer et de Bru. Quantum inter istas afrontaciones includunt, sic metemus nos vobis in pignora istum ferragenalem per morabetinos V de ista festa de sancti Micaelis qui est transacta usque ad V annos. Et si ad caput de istos V annos si nos o nostris non abemus persolutos² vobis et vestris istos morabetinos V bonos in auro, sine engan, quod tantum teneatis de hic ad in antea de festa in festum sancti Micaelis, de anno in annum, usque redimere possumus nos o nostris de vobis et vestris. Si quis hoc disrumperit in duplum componat.

Sig+num Pere de Montpao, Sig+num Carbonellus, nos qui hoc fecimus scribere et firmavimus et ad testes firmare rogavimus.

Sig+num Marches. Sig+num Bernard de Lobregad. Sig+num Bernard de Palad.

Petrus sacerdos, qui hoc scrip(*senyal*)sit.

1. im *al text*; *aquesta forma es repeteix dues vegades més en el text*. 2. *Segueix [mo], ratllat*.

1048

1159, desembre, 6

Convinença. *Arsenda i el seu espòs Berenguer de Canals lliuren al monestir de Santa Maria de l'Estany la meitat de la seva honor, situat Sant Vicenç de Sarrià, que ella i el seu primer marit, Ramon de Castellolí, havien donat al monestir. Es retenen l'altra meitat de per vida d'Arsenda. Reben a canvi seixanta sous de diners de Barcelona.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 327, 116 × 229 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego Arssendis femina et maritus meus Berengarius de Canals solvimus et liberamus Deo et cenobio Sancte Marie de Stagno medietatem totius ipsius honoris, cum censibus

et agrariis et senioratico et cum omnibus suis pertinenciis, quem olim ego et maritus meus Raimundus de Castro Odulino, olim defunctus, dedimus predicto cenobio Sancte Marie in territorio Barchinone, in parrochia et in terminio Sancti Vincencii de Serriano, per omnia loca, sicut melius ibi habemus vel habere debemus per vocem genitorum meorum et per alias quaslibet voces. Ac ut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem Sancte Marie, de nostro posse in ius et dominium eiusdem cenobii tradimus ad quod ibi vel exinde prior et canonici Sancte Marie facere voluerint, sine ullo nostro retentu. Ipsa quoque medietas quam in isto honore retineo, cum omni alio honore qui iam scriptus est, ad Sanctam Mariam solide et libere post obitum meum, de me Arssende, revertatur Sancte Marie sine ulla inquietudine. Et quod istam medietatem quam vobis solvo et aliam quam retineo teneat baiulus vester. Insuper laudamus et concedimus Deo et predicte Sancte Marie et priori et canonicis suis totas illas donationes et scripturas quas olim fecimus de ipso honore in cunctis locis Deo et Sancte Marie, ut secure et libere in perpetuum habeant absque ullius hominis vel femine blandimento. Accipimus propter hoc de bonis Sancte Marie LX solidos denariorum Barchinonensium. Si quis hoc fregerit, supradicta in duplo componat. Et insuper maneat firmum.

Actum est hoc VIII idus decembris, anno XXIII regni Ledoyci iunioris.

Signum+ Arssendis femine, Signum+ Berengarii de Canals, qui hoc laudamus et firmamus.

Signum+ Guillelmi, Signum+ Raimundi, filiorum predicte Arssendis.

Signum+ Raimundi Arnalli de [Vinealibus]. Signum+ Petri de Vinealibus. Signum+ Petri Burdi. Signum+ Petri, filii Petri Gonalgaudi.

Sig+num Petri de Corron scriptoris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1049

[1154-1159]

Sentència. *Berenguer de Llers, bisbe de Girona, dicta sentència contra la petició de Guilla, germana de Berenguer i Pere de Rovira, de*

recuperar l'honor de Rovira, que aquests havien llegat a l'orde del Temple.

A ACA, Cancelleria, perg. Extrainventari, núm. 3506, 272 × 176 mm. Bon estat de conservació.

Datem per l'any del darrer document en el qual apareix viu Bernat Ramon, espòs de Guilla (vegeu el document núm. 972), i per l'any de la mort del bisbe de Girona Berenguer de Llers.

Notum sit omnibus hoc audientibus quod Guia, soror Berengarii et Petri de Rovira, conquesta est super fratribus Templi de honore de ipsa Rovira quem Deo et Militie Templi iam dederant ipse Berengarius de ipsa Rovira et Raimundus, filius eius, sicut in testamentis eorum scriptum est. Unde fratres Templi, nolentes illius querimoniam diutius sustinere cum Arnallo de Miniana, qui filiam ipsius Guię habuerat in uxorem, et cui ipsa Guia comendaverat et reliquerat totam suam rationem, venerunt ad placitum coram Berengario, Gerundensi episcopo, in presentia Raimundi Berengarii, comitis Barchinonensis, et quorundam baronum sue curię. Habuit itaque Arnallus de ipsa Miniana rationatores secum ad ipsum placitum, scilicet Bernardum Ihoannis de Salis et Gauerannum de Salis. Interfuerunt etiam illi placito Petrus de Rovira, Militię fratrum in partibus istius magistris, et Berenguarius de ipsa Rovira, frater eius, et ex aliis fratribus Templi quidam scilicet Ugo de Besciano, Petrus de Arcaz, Willelmus Berengarii atque Bernardus de Alegnano. Auditis itaque iamdictus episcopus utriusque rationibus et diligenter examinatis et perlectis testamentis quę iam fecerant pater Berengarii de ipsa Rovira et ipsemet Berengarius et Raimundus, filius eius, patenter cognovit quod Guia iam supradicta laudaverat et firmaverat testamentum Berengarii de ipsa Rovira, fratris sui. Et propterea iudicavit et recognovit episcopus suprascriptus quod ipsa Guia neque Arnallus de ipsa Miniana neque aliquis homo vel femina pro ipsis aliquo iure neque aliqua ratione non debebant quicquam habere vel demandare in honore de ipsa Rovira. Et dixit quod ipsa Guia neque Arnaldus de ipsa Miniana neque aliquis homo vel femina pro ipsis ab illa hora in antea nunquam inquietarent neque contrariarent fratres Templi de honore de ipsa Rovira. Hoc iudicium audierunt et huic placito interfuerunt Raimundus Berengarius predictus, comes Barchinone, et abbas Sancti Cirici et Poncius Stephani, archidiaconus Narbonę, Gaufridus Augerius, canonicus Gerundę, Willelmus Raimundi, dapifer, Willelmus de Castello Vetulo et Arbertus, frater eius, Raimundus de Villa de Mulis, Gauzbertus Willelmi de Vulpiliacco atque Geraldus de Rupiano multique alii.

1050

[1158-1159]

Convinença. *Ferran II, rei de Lleó i Galícia, i Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, signen un pacte d'ajuda mútua.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 9 (olim arm. 5 Tarragona, sac L, núm. 99), 165 × 150 mm. Bon estat de conservació.

a CODOIN, IV, doc. CXLIII.

Datem entre l'any del naixement d'Alfons II d'Aragó, esmentat al document, i el tractat de Sahagún, en el qual Ferran II i Sanç III de Castella fan un pacte d'ajuda mútua contra tothom excepte Ramon Berenguer IV.

Ego Fernandus, Dei gratia rex Legionensium et Gallecie dominator,¹ iuro et firmo cum episcopis, comitibus, potestatibus et ceteris maioribus regni mei atque fideliter promitto vobis caro avunculo meo, domino Raimundo, comiti Barchinone, quod vos diligens semper omnes et contra omnes² iuven et ad tuendum vobis ac defendendum honorem vestrum semper pro posse invigilem. Idque sic pro vobis faciam sicut pro me ipso et vos loco boni patris habeam et pro vobis tanquam pro bono patre faciam. Et hoc totum similiter filio vestro, consanguineo meo, promitto quem semper loco boni fratris volo habere si ipse me loco fratris recipiat, sicut vos me loco filii recipitis. Quod ideo facio ut vos simili modo me contra omnes alios iuветis, diligatis et pro honore meo sicut pro vestro faciatis et in omnibus pro me sicut pro bono filio faciatis. Et sicut dictum est, totum hoc firmo in manibus amicorum vestrorum fidelium, episcopi videlicet Mindoniensis et Poncii de Minerba atque a baronibus meis quos modo presentes non habeo, hoc similiter firmari faciam.

Ego comes Petrus hoc bonum pactum et convenienciam iuro et confirmo.

Ego comes Gonzalvus hoc iuro et confirmo. Ego comes Ramirus hoc iuro et confirmo. Ego Poncius de Minerba iuro et confirmo. Ego Alvarus Roderici iuro et confirmo. Ego Apriles iuro et confirmo. Ego Petrus Balzanus iuro et confirmo.³ Ego Menendus Bregancia* confirmo.

1. *Segueix [e], ratllada.* 2. *diligens semper omnes et contra omnes escrit per una altra mà a sobre d'una raspadura.* 3. *Segueix Ego Menendus Bregancia, signifer regis, hoc idem iuro et confirmo. Aquest personatge signa de pròpia mà a continuació.*

[1158-1159]

Capbreu. *Rendes del comte a Estopanyà i pobles veïns.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3517, 220 × 107 mm. Estat de conservació regular a causa de la mutilació de la part inferior.

a Bisson, *Fiscal accounts*, doc. 9.

Datem d'acord amb la proposta de Bisson.

Habuimus hoc anno in Estopana: V kaff[icios] de ordeo et de tritico VI kaf[icios], de segal, I kaf[icios] et VIII faneces, de avena, II kaf[icios] et medium.¹

De Val de Lod: II kaf[icios] de ordeo et X faneces, de tritico, XIII faneces, de avena, VII faneces.²

De Stopanna: VI faneces de tritico et VI faneces de ordeo,³ preter vinum quod remanet in celes et blad de molinis. Receptit Calvet de ipso graner de Stopana, de ordeo, II kaff[icios] et medium, de⁴ tritico, III kaf[icios] et medium, de segal, I kaf[icio], de avena, I kaf[icio]. De ipsis primiciis, XVII faneces de ordeo et XX faneces de frumento, et VII faneces de avena et V faneces de segal.⁵

De Miravet: I faneca de ordeo et III fa[neches] de tritico, et III fa[neches] de segal, et VI fan[eches] de avena.⁶

De Camporrels: III fa[neches] de ordeo et II fa[neches] de tritico.⁷

De Seganta: II fa[neches] et III almuds de ordeo, et III fan[eches] de tritico et III fa[neches] de avena.⁸

De Naga: II fa[neches] et III almuds de ordeo, et II fa[neches] et [III almuds]⁹ de frumento et V almuds de avena.¹⁰

[...]¹¹ de ordeo et I fanecha [...]¹² de avena.

1. *Segueix una ratlla de separació.* 2. *Segueix una ratlla de separació.* 3. *Segueixen dues ratlles i més avall una ratlla de separació.* 4. *Segueix ordeo, ratllat, i tritico afegit a la interlínia.* 5. *Segueix una ratlla de separació.* 6. *Segueix una ratlla de separació.* 7. *Segueix et V almuds de avena, ratllat. Segueix una ratlla de separació.* 8. *Segueix una ratlla de separació.* 9. *III almuds lectura dubtosa a causa del trencament del pergami.* 10. *ena afegit a la interlínia. Segueix una ratlla de separació.* 11. *Espai de 50 mm, trencat.* 12. *Espai de 70 mm, trencat.*

1052

1160, gener, 13

Declaració. *Bernat Ecard declara que quan fou mort Ramon Berenguer II a la Perxa de l'Astor, Miró Alaric, batlle del comte, rebia tot el servei dels masos d'Ecard i de Guillem Company a Valldoriola; i abans d'ell ho havia rebut Guitard, prevere, que era batlle de Ramon Berenguer I. Declara, també, que els alous que són a la Guàrdia, que tenen ell mateix i Arnau de Santa Susanna, havien estat del prevere Guitard, batlle del comte. Finalment, declara que Miró Alaric tenia el forn de Manresa i la tercera part dels plets, que dirimia pel comte.*

A ACA, Cancelleria Reial, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 329 (olim arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1110), 94 × 236 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 453, 731. — CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 248. — ROVIRA I VIRGILI, *Història Nacional*, III, p. 542. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 67.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus Echardi, in mea senectute et in mea plena memoria, recognosco quod vidi et hoc quod non vidi audivi dicere patri meo Echardo: quod quando abiit¹ Raimundus Berengarii ad Pergam de l'Ostor fuit interfectus a traditoribus suis. In illo tempore accipiebat baiulus comitis, scilicet Miro Alaric, accipiebat totum hoc quod servicium quod exiebat de Valeriola, de ipsis mansis Ecarrdi² et Guillelmi Compani, de pane et vino et carne et omnibus rebus. Hoc accepit Miro Alaric in vita predicti comitis; et anteaquam esset Miro Alaric, acceperat Guitardus presbiter, qui erat baiulus comitis Raimundi Berengarii Vetus in vita sua. Et ipsa alodia que sunt ad ipsa Guardia, que tenent Bernardus Ecarrdi³ et Arnallus Sancte Susanne, fuerunt Guitardi presbiteri, baiuli comitis. Et quando comes fuit interfectus, predictus tenebat Miro Alaric ipsum furnum Minorise et terciam partem in placitis tenebat et expletabat per comitem.⁴

Sig+num Bernardi Echardi, qui hoc recognovi idus ianuarii, anno XXIII Ledovici iunioris regni.

1. En lloc d'obiit. 2. La primera r afegida a la interlínia. 3. La primera r afegida a la interlínia. 4. em corregeix is.

1053

1160, febrer, 26

Venda. *Pere Satular i la seva esposa Ermessenda venen a Joan una peça de terra situada al comtat de Barcelona, a la parròquia de Santa Maria de Cardedeu, al lloc anomenat Palomer, pel preu d'onze sous de diners.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 330, 104 × 327 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis quod ego Petrus Satular et uxor mea Ermessendis vendimus tibi Iohanni I^a peciam terre nostri alodii proprii, quam habemus in chomitatu Barchinone, in parroecia Sancte Marie de Cartitulo, in loco nominato Palomer. Advenit mihi Petro per comparacionem quam feci de mea matre et de fratribus meis et per vocem genitorum meorum; mee vero uxori per suum decimum. Terminatur autem a parte orientis et a meridie et ab occiduo in alodio de me emptore,¹ a parte vero circii in fevo de Pulcro Loco. Sicut ab istis quatuor terminis includitur et terminatur, sic nos vendimus tibi predictum alodium proprium et liberum, propter precium XI solidos denariorum. Hac de nostro iure in tuum tradimus, sicut melius dici vel intelligi potest, ad tuum salvamentum. Insuper, habeas per tuum alodium, tu et tui post te, omni tempore cui vel quibus dimisere volueris et ad faciendum omnes tuas voluntates sine ullo contrarietatis obstaculo. Si quis hoc disrumpere voluerit, nullatenus valeat, sed in duplo componat. Insuper hec comparacionis scriptura semper maneat firma.

Actum est hoc IIII kalendas marcii, anno XXIII regni regis Ledovici iunioris.

Sig+num Petri Satulari, Sig+num uxori mee Ermessende, Sig+num Adaledis mater mea, nos qui hec comparacione laudamus et firmamus et testes firmare rogamus.²

Sig+num Raimundi Ledoni. Sig+num Valantini. Sig+num Guielmi Bermundi.

Sig+num Petri levita, qui hoc scripsit, cum literis rasis et emendatis in tercia linea, die et anno quo supra.

1. et a meridie... me emptore *escrit a sobre d'una raspadura.* 2. *Segueix Sig+num, sense cancel·lar, i, a continuació, un espai en blanc de 45 mm.*

1054

1160, març, 11

Establiment. *Berenguer de Sant Vicenç, mestre de la casa del Temple de Palau de Plegamans, estableix als esposos Pere de Sala i Laureta les cases que ell mateix havia donat al Temple i diverses terres, tot a Sant Vicenç de Jonqueres, a cens d'un morabatí; atorga també a Pere de Sala la batllia de tota l'honor que l'orde té al mateix lloc. Per les cases del mas Rovira pagaran a l'orde un parell de capons de cens, un pernill de divuit diners per la quintana i la tasca de les terres i el braçatge al batlle.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet del 13 de juliol de 1168. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 331 dupl., 118 × 196 mm. Estat de conservació regular a causa d'alguns petits forats i raspatures.

C Trasllet del 10 de desembre de 1201. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 331a, 262 × 182 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 652.

El trasllet C està copiat en un mateix pergami amb un altre document posterior als anys del regiment de Ramon Berenguer IV.

Sit¹ notum cunctis qualiter ego Berengarius Sancti Vincentii, magister Milicie de Palacio, et fratres mei donatores sumus tibi Petro de Sala et uxori tue Loreta et vestre proge[ni]ei ac p[os]-t[e]ritati ipsas nostras domos de Sancto Vicentio que fuerunt de me Berengario de Sancto Vicentio, quas dedi Milicie Templi, ipsas q[uas t]u ibi habetis factas et invenistis factas. Et damus vobis ipsos sorregos de ipsa trilea et sorrego² de Verdeger et sorreg qui est subtus predictas domos et ferragenals de furno. Ita quoque damus vobis predictas domos et sorregos supradictos ut annuatim per Natale Domini reddatis per censum milicie Templi moabetinum³ I. Iterum comendamus vobis ipsam nostram baiuliam et totum alium honorem quod habemus in parrochia Sancti Vincentii de Iunchariis, ita quoque ut teneatis ad servicium Dei et nostrum et Milicie Templi. Et de ipso manso de Ruvira⁴ donetis Milicie Templi par I caponum de ipsis domibus et de ipsa manedia perna I de XVIII denarios; et de alia laboracione predicti mansi de Ruvira donetis nobis et nostris et Milicie tascham; et braciaticum sit de baiulo. Si quis hoc violare presumpserit, in duplo componat. Et postea maneat firmum.

Quod est actum V idus marci, anno XXIII regnante Lodoyco rege iuniore.

Sig+num Berengarii Sancti Vincentii, magister Milicie.

Sig+num Raimundi de Sabadel. Sig+num Iohannis de Peralata. Sig+num Iohanni de Plica Manus. Sig+num Berengarii Aquilone. Sig+num Petri Raimundi de Tuguriis. Sig+num Pereio. Sig+num Geralli de Ortals.

Petri sacerdotis (*senyal*), qui hoc scripsit⁵ die et anno quo supra.⁶

1. B *comença*: Hoc est fideliter translatum quod sic continetur. — C *comença*: Hoc est translatum quod est fideliter translatum. 2. *Segueix s, raspada*; sorreg C. 3. morabatinum C. 4. Rovirra C. 5. C *afegeix*: cum literis suprapositis in linea III^a. 6. B *acaba*: Actum est istum tranlatum III idus iulii, anno XXXII regni Ledoyci iunioris. Sig+num Petri Oliba, Sig+num Rosset, Sig+num Berengarii de Baiona, Sig+num Bernardi de Tuguriis, nos qui huic tranlacioni presentes adfuimus et legaliter scribere vidimus. Berengarius subdiachonus, qui hunc tranlatum scripsit die et anno quo supra (*senyal*). — C *en lloc d'*Actum est istum translatum ... anno quo supra (*senyal*), *acaba*: Signum+ Petri sacerdotis, Iohannis sacerdotis (*senyal*), presencium testium huius translati. Signum+ Petri levita. Signum+ Raimundi literati, qui hunc translatum fideliter translatavit IIII idus decembris, anno Domini MCCI.

1055

1160, abril, 2

Convinença. *Berenguer de Guàrdia, fill de Reverter, dona al senescal Guillem Ramon i al seu fill Guillem de Montcada el castell de Granera, a condició que ell el retindrà en feu per ells amb dues terceres parts del domini i els en donarà la potestat quan li sigui demanada.*

A [Original no localitzat.]

B ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 332, 140 × 247 mm. Bon estat de conservació.

a RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, doc. 189 (amb data de 3 d'abril).

Sit notum cunctis quod ego Berengarius de za Gardia, filius Reverter, dono et concedo tibi Guillelmo Raimundi dapifero et filio tuo Guillelmo de Montcada omnique progeniei tue ipsum meum castellum de Granera in alodio franco et libero, cum omnibus terminis suis et exitis et pertinenciis, sicut ego tenui vel aliquis ex genere meo tenuit vel habuit. Tali vero pacto ut tu et progenies tua habeas terciam partem dominii et ego habeam et teneam per te et per progeniem tuam castellum de Granera iamdictum per fevum et duas partes dominii. Et ego mando militibus ut serviant tibi fevos quos tenent per hunc castellum superscriptum. Et ut ego Berengarius de Gardia donem tibi Guillelmo Raimundi et progeniei tue istius castelli potestatem prescripti, iratus sive pacificus, omnibus vicibus quibus eam mihi vel meis quesieris per

te vel per nuncium tuum. Et ego non devedabo meam visionem aliquo malo ingenio tibi vel tuo nuncio. Sicut superius scriptum est vel homo intelligere potest, sine tuo enganno, dono, laudo et concedo ipsum meum castellum de Granera suprascriptum in alodio franco et libero, per tuum amorem et per tuum servicium et per tuum aver quem inde accipio. Et propter hoc facio tibi et tuis omenadie per bonam fidem sine enganno. Et insuper tibi,¹ iure iurando, confirmo ut ita attendam tibi et tuis sicut superius scriptum est. Si quis hanc cartam donationis violare presumpserit, non liceat, sed in duplum componat. Et carta firma permaneat.

Que fuit facta IIII nonas aprilis, anno ab Incarnatione Domini M^o C^o LX^o.

Sig+num Berengarii de za Gardia, qui hoc laudo et firmo.

Sig+num Petri de Subirads. Sig+num Alfanec. Sig+num Guillemi d'Alest. Sig+num Otonis dapiferi.

Sig(*senyal*)num Crispini, qui hoc scripsi, cum litteris rasis et emendatis in linea XI et XIII, rogatus.

1. tibi *afegit a la interlínia*.

1056

1160, abril, 21

Sentència. *Els jutges designats per dirimir els greuges entre el comte Ramon Berenguer IV i Berenguer, veguer de Barcelona, dicten sentència tot manant de satisfer els que siguin demostrats i remetent a duel els indemostrables.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 333, 388 × 420 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI, *Orígenes*, pp. 397, 406, 421, 500. — CARRERAS CANDI, *Ciutat*, pp. 268, 611. — KOSTO, *Making agreements*, pp. 125, 130, 278. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 30.

Notum sit omnibus quoniam domnus Raimundus, comes Barchinonensis, requisivit estachamentum de directo a Berengario vicario suo ob multas querimonias quas contra eum habebat, que inferius inveniuntur. Et Berengarius estachavit ei directum per quingentos morabitanos et dedit ei fidancias quorum nomina hic scripta leguntur: Raimundus Renardi per centum mohabitinos, Guillelmum de Podio Alto per C, Gaufredum de Sancta Columba

per C, Poncium Petri per C, Raimundum Bermundi per C. Ad determinandas igitur querimonias que ventilate sunt inter dominum Raimundum, comitem Barchinonensem, et eius vicarium Berengarium electi sunt iudices: dominus Ollegarius, Tarrachonensis archiepiscopus, et dominus Raimundus, Ausonensis episcopus, et Berengarius, Gerundensis archidiaconus, et Petrus, Ausonensis primicherius, et Arnallus, Barchinonensis ecclesie prepositus, et Berengarius de Cheralto et Bernardus de Luciano et Poncius Ugonis de Cervaria et Guillelmus Raimundi de Podio Alto. Qui, auditis et discussis utriusque partis causis, huiusmodi singulis dederunt sententias. Conquestus quippe est venerabilis comes super ipso Berengario quod ad contemptum comitis, in faciem eius, protulit hec verba ipse Berengarius: «quod ego accipio et teneo non gratiflor vobis unum petum». Hoc dixit de sarraceno quem consuetudinaliter accipit de ipsis galeis. Quod Berengarius se dixisse omnino negavit. Super hoc iudicatum est, quia Berengarius negat se dixisse hec verba que comes affirmat se audisse, Berengarius debet se expiare per sacramentum quod defendat per¹ duellum, si comes voluerit, secundum curie consuetudinem. Et si prevaluerit, emendet ei comes omne malum quod in ipso duello sibi evenerit et ipsam ei querimoniam finiat. Si vero in hoc defecerit, tantam faciat comiti emendacionem quod valeat defendere per duellum, se amplius non debere comiti seniori suo pro illato contemptu emendare. Post hec requisivit Berengarius a domno comite ut redderet ei ipsum honorem quem pater suus sibi abstulerat, videlicet ipsas migerias de frumento quas accipiebat ab ipsis flechariis Barchinone. Ad quod respondit comes non videri sibi esse iustum ut eas redderet illi, tum quia pater suus noviter per violenciam eas imposuerat predictis flechariis et in infirmitate que obiit, sub gravi interminacione quam archiepiscopus ei super hoc fecit, penituit se de hac violenciam et precepit ne ulterius hec exactio in ipsa civitate fieret, tum quia ipse Berengarius bene noverat hanc violenciam² quando eas accepit pro emendacione ipsius fevi de Terracia. Super hoc quoque iudicatum est quod si Berengarius quando adquisivit predictas migerias ab ipso comite sciebat iniuste esse impositas predictis flechariis, non debere sibi restitui a predicto comite; quod si dixerit se tunc nescisse, monstret hoc verum esse per sacramentum quod defendat per duellum et comes emendet ei, impleto tempore sacramenti a patre sibi constituto favore tocuis curie sue. De debito patris quod Berengarius requisivit a filio, quiquid pater in scriptis suis recognovit, debet ei reddi a

filio; que autem ipse non recognoverit, si per legitimos testes aud per scripturam ipse Berengarius probare potuerit sibi deberi in ipso tempore mortis, solvantur ei a comite. Item, quicquid predictus Berengarius legaliter probare potuerit de iusticiis placitorum sibi debitis comitem accepisse, censuerunt a comite sibi debere restitui. Conquestus est denique comes de prephato Berengario quod plures iusticias et usaticos et placita que ad comitem pertinent propter servicia et remuneraciones quas inde accipit, offocat ei et tollit; quod predictus Berengarius denegavit. Iudicaverunt ad hec quod quicquid iamdictus Berengarius de his sibi obiectis recognoverit, redirigat ipsi comiti; et si adhuc comes institerit, expiet se per sacramentum quod per duellum defendat. De superfluis exactionibus super quibus comes conquestus est a Berengario fieri in Barchinona sub umbra vicarię, videlicet in semitrossellis et in bardis et in boionis et in leudis ferri et piscis ac multarum aliarum rerum et in receptis nupcialibus et in superflua acceptione focaciatarum, iudicatum est quod quantum ipse Berengarius potuerit probare per legitimos testes aud verificare per unum militem qui defendat se per duellum antecessorem suum Bernardum Arberti tenuisse per vegeriam, quiete habere Berengarium ad servicium comitis. Cetera vero in quibus defecerit, debere redigere predicto comiti. De adquisicione vicecomitatus, unde comes conquestus est, iudicaverunt quod quicquid Berengarius potuerit probare quod ab ipso vicecomite vel a filio eius Reverter adquisierit, quod dominus comes ei auctorizaverit, habeat et possideat; cetera, comiti restituat. De pignore autem iudei, unde comes conquestus est predictum Berengarium suo iudeo iniuste abstulisse, quod redirigat Berengarius iamdicto comiti pecuniam et dampnum aud iuret Berengarius predictum pignus ante datam peccuniam non imparasse; et hoc sacramentum defendat per duellum.

Acta sunt hec XI kalendas mai, anno XX III regni Ledovici regis.

Ollegarius* archiepiscopus (*senyal*). + Raimundus*, Dei gratia Ausonensis episcopus. Hoc primicharius firmavit nomen Petrus* +. Berengarius*, Girundensis archidiaconus. Signum+ Arnalli*, sacerdotis atque prepositi.

Sig+num Raimundi Renardi. Sig+num Bernardi de Luciano. Sig+num Berengarii de Cheralto. Sig+num Poncii Ugonis de Cer varia. Sig+num Guillelmi Raimundi de Podio Alto.³

Sig+num Poncii, notarii comitis, qui hoc scripsit die et ano quo supra.

1. *Segueix s, expuntuada.* 2. *Segueix i, expuntuada.* 3. *Segueix Sig+num, sense cancel·lar. A la subscripció de Bernat de Lluçà li manca el punt. A les de Berenguer de Qeral, Ponç Hug de Cervera i Guillem Ramon de Puigalt els els manquen tots.*

1057

1160, abril, 25

Venda. *Arbert de Castellet ven a Guerau de Jorba l'honor que té a Lleida, que havia estat d'Avin Socona, i una torre situada entre Lleida i Castellldans, pel preu de dos-cents setanta morabatins.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 334 (*olim* arm. 23 Templers, sac F, núm. 315), 152 × 372 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 704. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 65.

In Dei nomine. Notum sit omnibus hominibus quoniam ego Arbertus de Casteleto per hanc scripturam vendicionis venditor sum vobis Geraldo de Iorba et proieniei vestre vel cui mandaveritis omnem meum honorem vel hereditatem quod habeo in Ylerda et in terminis eius, quod fuit d·Avin Socona, tam de recco quam de seccano, in cunctisque locis, per CCLXX morabetinos bonos, lobos et aiars. Scilicet, domos, ortos, casals, terras, vineas, cultus et heremos, et omnia beneficia intus existentibus que dici possunt; et unam turrem quod est infra Ylerda et Castellum de Asinis, in ille partibus, cum omnibus affrontationibus et pertinenciis suis. Et omnia ista predicta vos Guiral de Iorba et vestri atque omnis vestra posteritas habeatis et teneatis et explectetis et possideatis vestre bone recognitioni in vestro dominio proprio, alaudo francum et liberum, quantum habeo et habere debeo¹ in omnibus locis de ista honore predicta vel hereditate, sine omni vestro enganno, ut melius intelligi potestis, ad omnes vestras voluntates faciendas in perpetuum. Et de meo dominio in vestro trado, per cuncta secula. Et advenit mihi per donationem et per acapta domini mei Raimundi, comitis Barchinone, et per alias voces. Et convenio vobis esse garens sine vestro enganno. Et si aliquis vobis inquietaverit, in dupp[^l]o² componat cum omni melioracione. Et in antea firma et corroborata permaneat omnique tempore.

Acta ista carta vendicionis in mense aprilis, VII kalendas maii, anno ab incarnatione Domini millesimo CLX^o.

Sig+num Arberti de Castelet, qui firmo et laudo istam carta donationis et ad testes firmare rogo.

Sig+num Raimundi de Podio Alto. Signum+ Willelmi de Cervarie. Signum+ Bertrandi de Castelet. Sig+num Petri Porquet. Sig+num Durandi de Martel. Sig+num Poncii de Cervarie. Sig+num Ferrando.

Sig+num Iterii, qui scripsi ut supra, cum litteris suprapositis in VI^a linea.

1. d *corregeix* o; ebeo *afegit a la interlínia*. 2. *Manca*.

1058

1160, maig, 21

Jurament. *Bertran de Canals jura a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, que no li farà ni deixarà que li facin cap mal des de la seva casa i fortalesa de Canals Roges.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 335 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac C, núm. 404), 136 × 235. Carta partida per una divisa no desxifrada al marge esquerre. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 371.]

a CODOIN, IV, doc. CXV.

b CARRERAS CANDI, *Notas históricas*, ap., p. 16.

c MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 366.

Cit. PEDEMONTE, *Notes*, p. 112.

Iuro ego Bertrandus de Canals tibi domno Raimundo Berengarii, Barchinonensium comiti et marchioni et Aragonensium principi, quod ab ista hora in antea non exeat tibi ullum malum neque tuo honori neque tuis hominibus de ipsa domo vel fortitudine de Canals. Et si forte contigerit fieri, redirigam illud tibi vel tuis infra XXX^{ta} dies quibus amonitus vel inquisitus fuero per te vel per tuos; et me videri vel amoneri non vetabo. Et convenio tenere et attendere ipsam scripturam et que in ea continentur, que est inter Sanctum Cucuphatem et me, per laudamentum amicorum meorum facta, sine engan. Per Deum et hec Sancta.

Actum est hoc XII kalendas iuni, anno XXIII regni regis Ledovici¹ iunioris.

Sig+num Bertrandi de Canals. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. Sig+num Raimundi de Subirads. Sig+num Raimundi Bermundi de Castro episcopali.

Scripta libens ista Petrus* confirmo sacrista.
 Bernardus levita, qui hoc scripsit die et anno pre(senyal)fixo.
 Facto hoc sacramento super altare Sancti Iusti martiris.

1. ci afegit a la interlínia.

1059

1160, maig, 26

Venda. *Els esposos Llobet Quixol i Beatriu i els seus fills Pere i Berenguer venen als germans Bernat Tafurell i Ramon, pel preu de dotze morabatins, les cases que tenen a Vic, al lloc anomenat Vitem, que tenen establertes per l'orde del Temple a cens de dos capons.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet del 9 d'abril de 1265. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 336, 129 × 215 mm. Bon estat de conservació.

In¹ nomine Domini. Ego Lobet Chisol et uxor mea Beatrix et infantes nostri Petrus et Berengarius vendimus tibi Bernarde Tafurelli et fratri tuo Raimundo et omni vestre progeniei ipsas domos nostras quas habemus in villa Vici, in senioratu Milicie Templi, in locum quem vocant Vitem. Et affrontant ab oriente in sacrario Petri Poto, a meridie in carreria, a circio in vestro orto, ab ociduo in bassa. Sicut ipsas domos habemus et habere debemus, sic vobis eas vendimus, cum omnibus suis pertinenciis et affrontacionibus et ingressibus et egressibus suis, pro XII moabitinis aiadinis bonis et rectis. Et sicut melius dici vel fieri potest, de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem tali pacto ut habeatis et possideatis eas vos et vestri per vestram rectam comparacionem, ad omnem voluntatem vestram et vestrorum faciendam in perpetuum, salvo censu predictae Milicie Templi, qui est unum par caponum omnibus annis. Si quis hoc dirumpere voluerit, agere non valeat, set in duplum componat. Et insuper firmum permaneat omni tempore.

Quod est factum VI kalendas iunii, anno XXIII^o regni regis Lodovici iunioris.

Sig+num Lobet Chisol, Sig+num Beatricis uxoris eius, Sig+num Petri, Sig+num Berengarii, qui hoc facimus et firmamus firmarique rogamus.

Sig+num Berengarii de Basses. Sig+num Petri Berengarii de Clocherio. Sig+num Raimundi de Lunello. Sig+num Petri de

Cardona. Sig+num Girberti de Vico. Sig+num Berengarii Sancti Vincencii, pauperis Milicie Templi.

Raimundus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo (*senyal*) supra.²

1. *B comença*: Hoc est translatum cuiusdam instrumenti quod sub istis continetur verbis. 2. *B acaba*: Sig(*senyal*)num Petri de Aireis, Vicensis canonici et publici ville Vici notarii. Sig(*senyal*)num Petri de Alibergo, scriptoris iurati, qui hoc translatum feci fideliter translari et scribi ac clausit mandato Petri de Ayreis, publici Vicensis notarii, V^o idus aprilis, anno Domini M^oCC^oLX^o quinto.

1060

1160, maig, 31

Testament. *Berenguer de Torroja atorga testament, en el qual fa diversos llegats a institucions eclesiàstiques i deixa la major part dels seus béns al seu germà Arnau de Torroja, al seu nebot Ramon de Torroja i a la seva filla.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la primera meitat del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 337 dupl. (*olim* arm. 3 Lleida, sac Sant Anastasi, núm. 5), 421 × 502 mm. Bon estat de conservació malgrat l'enfosquiment del marge dret del pergami a causa de la humitat, i d'alguna taca.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 582.

Quia nullus in carne positus mortem evadere potest, idcirco, in Dei nomine, ego Berengarius de Terroia, gravi egritudine detentus, facio meum testamentum. In quo eligo manumissores meos, videlicet Raimundum de Podio Alto, Geraldum de Iorba et Arnaldum de Terroia et Petrum Arnaldi de Cervera et Guillelmum de Orta, quibus caritative precipio ut si me mori contigerit antequam aliud testamentum faciam, ita distribuant res meas sicut hic invenerint ordinatum. In primis, iubeo corpus meum sepeliri in cimiterio ecclesie Sancti Ruffi, que sita est aput Ilerdam. Et dimitto atque concedo eidem ecclesie ipsam meam almuniam de Ilerda et ortum unum et duas vineas que ibidem habeo, sicut resonat in carta quam eidem ecclesie feci, et animalia que laborant pefatam almuniam et tonas quas habeo Ilerde. Et dimitto Sancte Marie sedis Ilerde CCC morabetinos quos habeo in pignore de decimo de Almanar ab episcopo et clericis iamdicte sedis, eo videlicet modo ut nec episcopus iste nec aliquis successorum suorum possit alicui dare vel impignorare vel alienare, sed semper sit in usum canonicorum ipsius sedis, ad victum vel ad vestitum. Et

dimitto canonice Sancte Marie Sedis Urgelli ipsum castrum de Turre cum omnibus suis pertinenciis, sicut Petrus Ecardi avunculus meus, Urgellensis ecclesie archidiaconus, dimisit iamdicte ecclesie, ita ut nec episcopus iste nec aliquis successorum eius possit illud castrum alicui dare vel alienare, sed semper sit in usum canonice iamdicte sedis; et C morabetinos in auro quos Arnaldus frater meus donet in honore, in eodem castro, ad opus canonice prefate sedis. Dimitto etiam Sancte Marie de Solsona I mansum cum suis pertinenciis in castro de Amenla, simul cum decimo ipsius mansi et cum omnibus expletis et cum perna et cum questis et adempramens eiusdem mansi, in quo habitant Adriani; ita quod Raimundus de Terroia nepos meus accipiat in aliis mansis qui sunt in eodem castro, terciam partem quam habet in predicto manso, ut totum et integrum ipsum mansum habeat supradicta ecclesia de Solsona, sine blandimento alicuius persone. Dimitto etiam Milicie Templi Iherusalem meum alodium, scilicet campos et vineas quas habeo aput Ilerdam, in Fontaned. Et dimitto Hospitali Iherusalem ipsum alodium quod habeo in Bardinas, versus portam de Munt Agut, quod habui per concambium. Et dimitto Raimundo de Terroia nepoti meo terciam partem de Terroia, sicut pater meus mihi eam dimisit in testamento; et castrum de Colonico, sicut ego habeo vel habere debeo; et honorem quem habeo in Sede Urgelli et in Calvidian et in Arcegel et in aliis locis, sicut Ecardus avus meus habuit per episcopum et clericos ipsius sedis sive per alodium, a ponte Sancti Andree usque ad castrum Sancti Martini; et honorem quem habeo in Sanauga et castrum de Manresana et de Bechfred. Arnaldo vero de Terroia fratri meo dimitto meas domos de Terroia et mansum Guillelmi Sala, cum omnibus pertinenciis et tenedonibus ipsius mansi, simul cum conemina que fuit ipsius mansi et cum alia conemina que fuit vinea, quam tenet Petrus de Mata Rotunda; et molendinum quod est inter Terroiam et Sadaon, quod ipse Petrus de Mata Rotunda tenet; et cum vineis ipsius mansi, ut habeat et teneat ipse Arnaldus de Terroia omnibus diebus vite sue, simul cum orto quem teneo in Terroia. Ita ut, post mortem suam, unus sacerdos¹ habitet in prephatis domibus et teneat et habeat ipsum honorem de Guillelmo Sala, simul cum ipsis condeminis et molendino et vineis et cum area et palerio, qui semper cantet missas in ecclesia Sancti Salvatoris de Terroia pro remedio anime mee et Arnaldi fratris mei et serviat ibi die ac nocte; et post illum succedat alius et sic unus post alium usque in sempiternum, eo modo quod

ipse sacerdos non sit sub dominio episcopi vel capellani ipsius ecclesie vel domini castri, sed semper stabiliatur comuni consilio populi ipsius ville et domini ipsius castri. Et ortum quem dimitto Arnaldo, qui fuit mei patris, revertatur Raimundo nepoti meo. Et ortum quem tenet Raimundus nepos meus, qui fuit² de Guillelmo Sala, revertatur sacerdoti qui stabilietur in iamdicto honore. Et dimitto eidem Arnaldo castrum de Camarasa et castrum de Cubels, cum castris et pertinenciis et dominicaturis et caballariis, sicut ego habeo vel habere debeo, sicut pater meus adquisivit, et cum omnibus meliorationibus que ego post eum adquisivi; et castrum de Almanar et quicquid ibi habeo quibuscumque modis adquisivi, excepto ipso pignore quod dimisi superius Sancte Marie sedis Ilerdensis; et castrum de Calatarran, quem teneo per comitem Barchinonensem, cum omnibus suis pertinenciis; et totum castrum de Amenla, cum militibus et senioratico et duabus partibus dominicature. Tercia vero pars sit Raimundi nepotis mei, solide et quiete, preter mansum quem dimitto ecclesie Sancte Marie de Solsona, libere et quiete. Et dimitto filie mee, post mortem Arnaldi fratris mei, castrum de Almanar cum omnibus pertinenciis suis; et castrum de Calatarran, sicut ego habeo, cum omnibus pertinenciis suis; et castrum de Amenla, simul cum tercia parte Raimundi nepotis mei, propter quam dimitto ei castrum de Camarasa et castrum de Cubels post mortem Arnaldi fratris mei, si mortuus fuerit sine infante legitimi coniugii. Si vero infantem habuerit, remaneat ipsi infanti castrum de Camarasa et castrum de Cubels et castrum de Amenla. Filia vero mea habeat castrum de Almanara et castrum de Calatarran cum eorum pertinenciis. Dimitto etiam filie mee castrum de Ager et de Clarmunt et de Fedet et de Fenestris et de Blancafort et de Olgerre et de Ivarz; que castra comes Poncius mihi dedit et Geraldus de Cabrera et socer meus Raimundus Beregarii, qui mihi dederunt tenedonem de ipsis castris et comendaverunt mihi milites, scilicet castlanos qui tenent ipsa castra, quibus dedi mille morabetinos et eo amplius; ita quidem, quod si mater eius vel avus, de omnibus his exhereditaverint³ eam, et ego simili modo de his que superius ei dimitto, exheredito eam. Item, dimitto et delibero Sancte Marie Sedis Urgelli II cavallerias, I de Barguga et aliam de Galezer, quas avus meus Ecardus adquisivit ab archidiaconis ipsius ecclesie, ita scilicet ut unaquemque ad dominium archidiaconatus, unde fuerunt, revertatur. Omnem honorem meum quem superius testatus sum cuicumque illum dimitto, preter honorem quem dono

ecclesie Sancti Ruffi de Ilerda, teneat Arnaldus frater meus donec omnia debita mea et C morabetini, quos dimitto ecclesie Sedis Urgelli, inde solvantur; solutis vero debitis meis, unusquisque habeat hoc quod ei dimitto, sive ecclesia sive consanguineus. Si Raimundus nepos meus mortuus fuerit sine infante masculino legitimi coniugii, quecumque ei dimitto revertantur Arnaldo fratri meo, in vita sua; post mortem vero suam, si infantem non habuerit legitimi coniugii, revertantur filie mee supradicte. Si Arnaldus frater meus obierit sine infante legitimi coniugii, castrum de Camarasa et de Cubels, ambo revertantur Raimundo nepoti meo. Filie vero mee revertatur castrum de Calatarran et de Almanara et de Amenla, sicut superius dictum est. Si vero filia mea mortua fuerit sine infante legitimi coniugii vel antequam habeat virum, castrum de Almanara et de Calatarran sint in voluntate fratris mei Arnaldi quibuscumque de nepotibus suis dare vel dimittere voluerit. Castrum de Amenla revertatur Raimundo nepoti meo. Si vero Arnaldus et Raimundus ambo mortui fuerint sine infante legitimi coniugii, revertantur ea que eis dimitto filie mee. Si vero Arnaldus frater meus et Raimundus nepos meus et filia mea sine infante legitimo mortui fuerint, ea que fuerunt patris mei revertantur filiabus Raimundi fratris mei, preter ea que superius dimitto sanctis. Filiam vero meam in potestate Arnaldi fratris mei dimitto, ut ipse donet ei virum qui ei conveniat quando fuerit tradenda marito, cum laudamento parentum meorum. Omnem honorem meum quem superius distribuo dimitto in tuitione et defensione omnipotentis Dei et domini mei Raimundi Berengarii, comitis Barchinonensis, et amicorum meorum, scilicet Raimundi de Podio Alto et Guillelmi de Cervera et Geraldi de Iorba. Et precipio hominibus meis Bernardo de Fluviano et Gomballo de Taiadel et Petro Arnaldi de Cervera et Petro de Colonico et aliis meis hominibus, ut ita attendant sicut in hoc testamento scriptum est. Si quis hoc infringere voluerit, nil valeat, sed supradicta in duplo componat. Et insuper hoc testamentum semper maneat firmum.

Actum est hoc II kalendas iunii, anno XXIII regni regis Ledovici iunioris.

Sig+num Berengarii de Terroia, qui hoc laudo et firmo et testes firmare rogo.

Sig+num Raimundi de Podio Alto. Sig+num Guillelmi de Cervera. Sig+num Geraldi de Iorba. Sig+num Arnaldi de Terroia. Sig+num Petri Arnaldi de Cervera. Sig+num Guillelmi de Orta. Sig+num Rai-

mundi de T[er]roia.⁴ S+ignum Guillelmi*, Barchinonensis episcopi.
+ Petrus, Dei gratia Cesaraugustanus episcopus (*senyal*).

Signum (*senyal*) Willelmi presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. r, *afegida a la interlínia, corregeix c.* 2. fuit *afegit a la interlínia.* 3. h *afegida a la interlínia.* 4. *Manca.*

1061

1160, juny, 1

Donació. *El monestir de Santo Martino d'Albenga, a la Ligúria, dona a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, el castell de Cabra del Camp, tot retenint-se una dominicatura de tres parellades de bous i la tercera part del domini.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 338a (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac H, núm. 406). 347 × 322 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 285.]

a CODOIN, IV, doc. CXVI (a).

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 254.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 311. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 35.

L'exemplar A' porta un altre document, de petites dimensions, cosit a la part inferior esquerra, que el complementa. Vegeu el document núm. 1062.

Omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, notum fieri volumus qualiter monasterium Sancti Martini de Albengena retroactis temporibus largicione fidelium adquisivit castrum quod vocatur Capra in confinio Terrachonensi, cum omnibus terminis suis et pertinenciis. Tandem, longo tempore evoluto, predictum castrum, diutina infestacione maurorum, desertum omnino et desolatum diu remansit cum omnibus terminis et pertinenciis suis. Denique, adiuvente Domino, subiugata Hispania ab illustri Raimundo, comite Barchinonensi et Aragonensium principe, predictum castrum, quod era[t] ferarum habitacio, in potestatem christianorum devenit, qui predictum castrum cum omnibus terminis suis iniuste detinebant et violenter auferebant iamdicto cenobio Sancti Martini. Postmodum vero, iamdictus comes Barchinonensis, ad recuperandum castrum prenomiatum fortiter institit et illud, cum terminis suis et pertinenciis, iamdicto monasterio ac venerabili eiusdem loci Raimundo abbati, dictante iusticia, fecit potencialiter reddi. His ita peractis, prephatus abbas cum fratribus suis et Raimundus, comes

Barchinonensis, tale inter se commercium habuerunt. Ego igitur Raimundus, abbas Sancti Martini, cum consilio et voluntate fratrum meorum, bono animo ac spontanea voluntate, dono tibi et trado venerabili Raimundo, comiti Barchinonensi iamdicto, et omnibus successoribus tuis prenominatum castrum de Capra ad fidelitatem monasterii nostri, cum omni fortitudine que in ipso podio et in ipsa villa est vel erit, simul cum omnibus terminis et pertinentiis suis. Retinemus quoque in hac donacione, in termino predicti castri, dominicaturam ad tria paria bovum in locis determinatis. Retinemus¹ etiam, tam in ipsa villa quam in toto territorio ipsius castri, terciam partem in dominio, tam in omnibus habitatoribus qui ibi sunt vel fuerint quam de omnibus redditibus et expletis que inde exierint vel exire debuerint. Duas vero partes tibi Raimundo, comiti supradicto, et successoribus tuis in perpetuum damus et confirmamus. Supradicta omnia tibi damus et de nostro iure in tuum ius et potestatem tradimus ut tu etiam nobis defendas, manuteneas et conserves dominicaturam quam ibi retinemus et terciam partem quam nobis reservamus, simul cum omnibus ecclesiis eiusdem territorii que ibi sunt vel erunt et omnia iura ipsius ecclesiis pertinentiis et etiam omnia que in terra tua habemus sub tua custodia et defensione suscepisti. Si qua autem utriusque sexus persona hanc donacionem et convenienciam infringere vel minus complere voluerit, nichil proficiat, sed in duplo componat. Et postmodum omni tempore firmum permaneat.


Facta carta donacionis et conveniencie kallendas iunii, anno ab Incarnacione Domini millesimo CLX regnique² Lodoici iunioris XXIII.

Sig+num Raimundi comes. Sig+num Raimundi abbatis. Sig+num Petri Grass, monaci Sancti Martini, qui hoc firmat et laudat, salvo iure episcopali. Sig+num Alberti monaci.

Sig+num Guillelmi Raimundi dapiferi. Sig+num Raimundi de Podio Alto. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. Sig+num Arberti de Castro Vetulo. Sig+num Geraldi de Iorba. Sig+num Bertrandi de Castelleto. Sig+num Berengarii de Mulnellis. Sig+num Raimundi de Mulnellis.

Sig+num Gregorii, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. ne *afegit a la interlínia.* 2. *g afegida a la interlínia.*



1062

1160, juny, 1

Convinença. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, i l'abat Raimondo, del monestir de Santo Martino d'Albenga, a la Ligúria, acorden que si Bernat de Concabella veu reconegut algun dret sobre el castell de Cabra, li pagaran cadascun segons la seva part; en cas, però, que li hagin de donar diners, els donarà el comte.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 338b (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac H, núm. 406), 76 × 197 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 285.]

a CODOIN, IV, doc. CXVI (b).

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 254.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 311. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 35.

Aquest document està cosit al marge inferior esquerre d'un altre, amb el qual està relacionat i el complementa. Vegeu el document núm. 1061.

Preter cartam que facta est inter Raimundum, comitem Barchinonensem, ac Raimundum, abbatem Sancti Martini Albengensis, talem inter se conventionem fecerunt: Quod si Bernardus de Concha Bella, in ipso castro de Capra aliquid iure consequi poterit, predictus comes¹ et abbas [secundum] partem uniuscuiusque eum pachare studeant. Et si propter hoc daretur ei pecunia,² comes donet eam de suo.

Facta fiat hec convencio eodem die quo carta donacionis est facta de castro de Capra, scilicet kalendas iunii, anno ab Incarnationem Domini millesimo CLX regnique Ledovici iunioris anno XXIII.

Signum+ Raimundi comes. Sig+num Raimundi abbatis.

Sig+num Poncii scribe, qui hoc scripsit die et anno quo supra.³

1. comes afegit a la interlínia. 2. a afegida a la interlínia. 3. cii scribe ... quo supra afegit a la interlínia.

1063

1160, juny, 17

Encomanament. *Guerau de Jorba, la seva esposa Saurina i el seu fill Guillem encomanen a Guillem de Montagut, a la seva esposa Berenguera i als seus fills els castells de Montagut i Pinyana amb part dels seus drets. A canvi, Guillem de Montagut promet ser*

home fidel i soliu seu i donar-los la potestat dels castells quan la hi demanin.

A [Original no localitzat.]

B Còpia del final del segle XII o principis del XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 339a (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac E, núm. 359), 227 × 273 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 727-728. — BISSON, *L'impuls*, p. 47.

A la part inferior, després de la clausura del rogatori, es va copiar el jurament de fidelitat corresponent. Sembla que es va intentar separar un document de l'altre per mitjà d'un tall, però no es va arribar a fer totalment, de manera que el jurament de fidelitat es manté unit a la convinença. Hem contemplat els dos documents separatament. Vegeu el document núm. 1064.

Hec est conveniencia que est facta inter Gerallum de Iorba et coniu sua Saurina et filio suo Guillelmo, et Guillelm de Muntagud et mulier sua Berengera et filiis eius qui Muntagud habuerint. Comandat ei suprascriptum castrum de Muntagud et de Pignana cum illorum terminis. Et donat ei medietatem tocium decime de hoc quod habet accaptatum de Gerallus Alamangni in sua cartula et medietatem de placitis et de exurchiis et de homicidiis et de cucuciis et de trobes et de lexivos et terciam partem de pernis et de molendinis suprascriptorum castrorum, sicut ipse accaptavit. Et retinet sibi aliam medietatem in decimis et placitis et exurchiis et homicidiis et trobes et de lexivos; et duas partes in pernis et molendinis. Et donat ei seniorivum et districtum et mandamentum et estacamentum in homines suprascriptorum castrorum quos modo ibi sunt vel in antea erunt, exceptus in suo baiulo. Et non placitet placita nisi cum Gerallo aut suo baiulo. Et de hoc quod inde exierit habebant per medietatem. Et donat ei stabilimentum ut faciat cum Geralli aut suo baiulo; et si exierit avere, habebant per medietatem. Et donat ei ipsos quarters¹ de bestias salvaticas. Et retinet sibi predictus Gerallus ipsam frabricam cum ipso loced et ipsas questias, sicut ipse² accaptavit in sua convenientia Gerallus Alamagni. Et per suprascriptum donum et per omnia hec superius scripta que ei donat et concedit, convenit Guillelmus ei de Muntagud ut fiat suus fidei homo et solidus, sicut homo debet esse de suo meliori seniori, contra cunctos homines vel feminas; et faciat ei curtes et placitos et sequis et calcatas et hostes infra suam terram et extra suam terram, cum ipsis militibus quod de predictis castris habuerit; et donet ei potestatem quantasque vices ei demandaverit, iratus et paccatus; et adiuvet ei ipsa honore quem modo habet vel in antea adquisierit deffendere et tenere contra cunctos homines et feminas. Hoc superius scriptum convenit Geral-

lus de Iorba. Et donat Guillelmus de Munteagud et suis qui post eum habuerint ipso castro de Monteagud. Et Guillelmus convenit predictus Gerallus facere et attendere et ad mulier sua Saurina et Guillelmo filio eius et suis qui ipsum castrum habuerint de Muntagud. Et de hoc attendant bene et faciat ei fidelitatem et sacramentum, propriis manibus iuratum, quando Gerallus voluerit; et attendat ei sicut superius est scriptum fideliter.

Quod est actum XV kalendas iulii, anno XXIII regnante Leuicho iunioris.

Sig+num Geralli, Sig+num Saurina, Sig+num Guillelmi, Sig+num Guillelmi de Muntagud, Sig+num Berengera, Sig+num Bernardi, Sig+num Raimundi, Sig+num Petri, Sig+num Geralli, nos qui hoc laudamus hac firmare rogamus.

Sig+num Guillelmi de Cervera. Sig+num Bermon de Muntpao. Sig+num Raimundi de Rubio. Sig+num Miron Guillelmi. Sig+num Raimodi Ug de Rabinad.

Sig+num Berengarii presbiteri, qui hoc scripsit (*senyal*) sub die et anno quo supra.

1. r *correix* i. 2. ipse *repetit*.

1064

1160, juny, 18

Jurament de fidelitat. *Guillem de Montagut jura fidelitat a Guerau de Jorba.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del final del segle XII o principis del XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 339b (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac E, núm. 359), 227 × 273 mm.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 727-728. — BISSON, *L'impuls*, p. 47.

Aquest jurament de fidelitat es manté unit a la convinença que es va fer un dia abans, malgrat que es va intentar separar un document de l'altre per mitjà d'un tall, que no es va arribar a fer totalment. Hem contemplat els dos documents separadament. Vegeu el document núm. 1063.

Sit notum cunctis quod ego¹ Guillelm de Muntagud iuro tibi Gerallo de Iorba ut de ista ora in antea sim tuus fidelis homo de tuo corpore et de tua vita et menbra; et possis mihi credere tuo avere et tua honore quod hodie habes et in antea adquisieris, si Deus me adiuvet. Per Deum et hec sancta III^{or} Evangelia.

Que est acta IIIIX kalendas iulii, anno XXIII regni Ledovico iuniore.²

Sig+num Guillelmi de Muntagud, qui hoc iuro per fidem rectam tibi attendam sine engan, et propria manu corroborora.³

Sig+num Mir Guillelm. Sig+num Raimundi de Rubio.

Vida,⁴ scriptor Geralli de Iorba, qui hoc translatavit et sig+num fecit.

1. ego afegit a la interlínia. 2. La clàusula de datació apareix en el text entre les subscripcions dels testimonis i la clausura del rogatari. 3. En lloc de corrobororo. 4. Precedeix un traç raspat.

1065

[Abans de 1160, juliol, 1]

Capbreu *Relació dels béns de Pere Ricard i d'Arnau Pere.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3466, 165 × 290 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 102.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 181.

Datem per la definició dels béns que havien estat de Pere Ricard, feta per Pere de Barcelona a Ramon Berenguer IV. Vegeu el document núm. 1066.

Honor Petri Ricardi. Inter ceteros honores quos habebat in Curtibus, VIII modiate terre, vinea I quam tenebat Carbonellus Tort, et modiate I et media alodii in eodem loco quam tenebat Petrus Guillelmi, vinea quam tenet filius Petri Bonifilii apud montem Agilar. Mansus de Bertolera cum pertinentiis suis. Mansus XII in Ausona. Domus in Barchinona in quibus habitant Mora et Guillelmus Alamanni et tenent se cum domibus Arnaldi Nigri, et sunt prope ipsam bassam. Modiate III et media alodii super ipsum Genestar, et III modiatas vinearum ad ipsam Olivariam Rotundam prope malleolum eiusdem Petri Ricardi. Quarta pars illius orti que retinuit et tenebat in dominio Petrus Ricardi prope Iohannem Martini. Modiate IIIor. alodii in Provincialibus, in loco dicto Arriaza. Domus in quibus habitabat Cunil per dictum Petrum Ricardi. Modiate IIIor apud Mogoriam prope campum de Roure, quas tenet Iohannes Martini in pignore, et in eodem loco, iuxta ipsum campum de Roure, III modiate. Quarta pars illius orti prope Iohannem Martini. Due sale cum curtali et porta quas habeo ad ipsam palliceam iuxta domos Bernardi de Espiels. Modiate III in Curtibus, levatis dictis VIII modiatis, versus occidentalem pla-

gam que ibi remanent. Vineam quam plantavit Petrus Guillelmi de Malo Consilio. Vineam Iohannis Burdi. Medietas illius orti prope Iohannis Martini. Mansus in quo habitabat Petrus Ricardi cum III turribus et muris, cum orto et cum bassa. Census domorum Guillelmi de Vico, Bernardi de Espiellis et Dominici, et hec domus sunt ad portam Castri Novi. Campus de Roure. Mansus de Fonte de Alcatore. Mansus Iohannis Rosset cum omnibus eorum pertinentiis et tenedonibus, et cum vineis quartalibus que ibi sunt et cum illis quas habebat ibi in dominio, cum vineis etiam quas tenet ibi Bonefilius Ervigii cum filiis. Mansus de Getone cum suis tenedonibus et pertinentiis. Orti et census prope ecclesiam Sancte Marie de P[ino]. Castrum de Arraona cum dominatura quam ibi habebat. Villa de Arno in qua habebat per pignus C uncias, et ultra habebat illam ad feudum. In Provincialibus, honores multi et pignora, cum illa pariliata que est iuxta turrem, et ibi est ortus de Palma et modiata i alodii prope domum Raimundi Bompar. Altera modiata quam idem Raimundus Bompar tenet ad Vineales. Debitum quod clerici de Vico debebant ei in suo manso. Al illum Cucullum, III modiate alodii quod Bernardus de Duobus Riviis ibi tenebat, et dicitur quod Ospitalarii eas habent. Vineam I quam tenet Umbaldus. Domus Bernardi de Bello loco et ortus et census domorum Perunini sicut ibi est. In monte Agilar, alodia multa et vineae. Pariliata I de puteo de Arboz et IIII modiate terre que ibi sunt. Ortus quem tenet in pignore Bernardus Poncii. Kinzanum cum pertinentiis suis. Ortus quem tenet Petrus Guillelmi de Calidis. Ortus alius qui fuit Guillelmi Guiriberti, Preterea, multa alodia in diversis locis.

Diffinicio Arnaldi Petri.¹ Medietas mansi de Verdeger et III partes orti Sancti Cucuphatis. Partes III pariliate de Genestar et modiate III terre prope eadem pariliatam in campo Gauzerandi. Domus Bernardi de Bello Loco et domus Petri Vidiani. Ortus Guillelmi de Granulariis. Ortus Petri Ademarii. Ortus qui est suptus domos Bernardi dicti de Bello Loco suptus murum civitatis et Kinzanus. Mansus de Bertolera cum illis compris quas fecit ibi Raimundus Bernardi clericus. III partes in duabus flexiis terre iuxta flumen Lupricati. Ortus Guillelmi Guiriberti.

Diffinitio quam fecit Arnaldus Petri in alia carta: medietatem domorum quas Petrus Barral tenebat in pignore et medietatem ortuli Iohannis Medici, et medietatem illius farragenale quod tenebat in pignore Arnaldus Petri de Arcubus.²

1. Arnaldi Petri *afegit a la interlínia.* 2. Diffinitio... Petri de Arcubus *escrit per una altra mà.*

1066

1160, juliol, 1

Definició. *Pere de Barcelona renuncia a favor de Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, als seus drets sobre els béns que foren de Pere Ricard; es reserva un mas a Quincià.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 340 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac H, núm. 673), 170 × 310. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

a CODOIN, IV, doc. CXVII.

b Conde, *L'archivio*, doc. 103 (amb data del 26 de juny).

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 185.

Manifestum sit¹ cunctis quoniam ego, Petrus de Barchinona, libenti animo et spontanea voluntate, diffinio et evacuo atque pacifico tibi Raimundo, Dei gracia comiti Barchinonensi atque Aragonensium principi, et omni tuę proieniei sive posteritati, totum illum honorem qui fuit Petri Ricardi, tam in Barchinona quam in omni territorio suo, scilicet domos cum turribus, ortos ortalibus, mansos in diversis locis positos cum omnibus pertinentiis suis, tam in Bagnols quam in Provincialibus sive in aliis quamplurimis locis, et terras et vineas, cultas et eremas, iuxta Barchinonam et in aliis quamplurimis locis, simul cum villis et alodiis² et fortitudinibus quas umquam Petrus Ricardi in toto tuo comitatu habuit vel habere debuit. Ita quod deinceps in predictis omnibus aliquid non requiram, ego vel aliqua persona per me seu post me, per aliquam meam vocem. Omnia vero suprascripta ego, Petrus de Barchinona, diffinio, evacuo atque dimitto in perpetuum tibi suprascripto Raimundo, comiti Barchinonensi, et omni tue proieniei et omnibus qui per tuam vocem ibi fuerint aliquo modo. Retineo quoque mihi, ego iamdictus Petrus de Barchinona, ipsum mansum de Ch[i]nciano,³ cum terris et vineis que sunt in circuitu ipsius mansi et cum omnibus tenuicionibus et pertinentiis suis. Quem mansum tu, prephate⁴ comes Barchinonensis, michi pro hac diffinicionem donas per alodium proprium ad faciendum inde quiquid voluero.

Quod est actum kalendas iulii, anno XXIII regni Ledovici Iunioris.

Sig+num Petri de Barchinona.

Sig+num Raimundi de Archubus. Sig+num Guillelmi d'Escala.
Sig+num Raimundi cambiatoris. Sig+num Geralli de Marimon.
Sig+num Bernardi Marcucii*.

Sig+num Poncii scribe, qui hoc scripsit, superpostis litteris
in linea V^a.⁵

1. sit *afegit a la interlínia.* 2. et alodiis *afegit a la interlínia.* 3. *Manca.*
4. *En lloc de prephatus.* 5. *Segueix una frase il·legible en caràcters hebreus.*

1067

1160, juliol, 17

Concessió. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, concedeix a Bernat Folc el dret a fer un molí en el seu alou, a la riera de Badorc, al lloc anomenat Sussisa, i li permet prendre l'aigua als termes de Piera, Badorc i Cabrera d'Anoia; li concedeix també dos jornals de cadascun dels homes de Piera. A canvi rebrà la meitat de les moltures i altres drets.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 349 (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac B, núm. 254), 227 × 268 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.
B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 347.]
a *CODOIN*, IV, doc. CXXIII.
b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 330.

Notum sit omnibus quoniam ego Raimundus, Dei gratia comes Barchinonensis, princeps Aragonensis et marchio, dono tibi fideli meo Bernardo Fulconis ut facias unum casale molendinorum in tuo alodio, sub ipso Bedorch, in loco qui dicitur Sussisa. Et dono tibi atque concedo ut accipias aquam infra terminos de Apiera et de Bedorch et de Chabrera,¹ ubi melius potueris vel volueris, ad tuum prode et meum, ita quod facias et construas molendina quot potueris in prenominato casale. Et dono eisdem mol[e]ndinis² suos regos et suos capud regos et suos exaguadors et suos glevares et pedregares et legnares et omnia que ad usus molendinorum sunt necessaria, infra terminos mei honoris; et convenio tibi dare in hac prima vice que ipsos molendinis predicti casalis in hac prima edificacione fuerint necessarię. Postmodum vero, tu prephatus Bernardus et tui post te dabis eisdem molendinis omnes molas que ibi fuerint opus in omni tempore. Convenio etiam tibi ut in hac prima constructione molendinorum omnes ho[m]ines³ de Apiera et de terminis eius faciant ibi, de unaquaque domo, duos

iornales cum suo conducto. Sub tali pacto hec omnia tibi dono et omni tue proeniei atque posteritati ut, a die in antea qua ipsi molendini fuerint edificati et ad molendum bene preparati, donec exinde annuatim mihi et meis fideliter totam medietatem de omnibus molturis et de omnibus eximentis que de ipsa moltura inde exierint aliquo modo, sine alia mea missione, levata semper ipsa molneria. Si quis autem hoc disrumpere temptaverit in duplo componat. Et hoc donum firmum permaneat omni tempore.

Facta ista carta XVI kalendas augusti, anno XXIII regni Ledovici iunioris.

Signum+ Raimundi comes.⁴

Sig+num Berengarii de Mulnellis. Sig+num Petri Berengarii vicarii de Villa Franca.

Sig+num Poncii scribe, qui hoc scripsit die et anno prescripto, dampnatis lit[er]is⁵ in linea VIII.

1. h *afegida a la interlínia*. 2. *Manca*. 3. *Manca. Segueix molendinorum, ratllat*. 4. *Segueix S, sense cancel·lar*. 5. *Manca*.

1068

1160, juliol, 23

Convinença. *Joan de Grony promet a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, que, per la donació que li ha fet, li serà fidel habitant de la ciutat de Barcelona i que si fa algun viatge tornarà sempre a la ciutat.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 350, 102 × 244 mm. Bon estat de conservació.

Notum sit cunctis quod ego Iohannes de Gron convenio tibi domino meo Raimundo, Dei gratia comiti Barchinonensi et principi Aragonensi, propter illam donationem quam mihi fecisti, esse tuus fidelis et habitator in Barchinona. Et si forte aliquod viaticum in aliquibus locis fecero, auxiliante Deo revertar Barchinonam sine fraude et malo ingenio. Et quod ista carta post me non noceat infantibus meis.

Actum est hoc X kalendas augusti, anno XXIII regni Ledoyci iunioris.

Signum+ Iohannis de Gron, qui hoc laudo et firmo firmari-que rogo.

Sig+num Bernardi Marcucii*. Signum+ Guillelmi de Gardia.
Signum+ Berengarii de Mulnellis.

Sig+num Petri de Corron scriptoris, qui hoc scripsit die et
anno quo supra.

1069

1160, juliol, 24

Convinença. *Ponç de Palou es posa sota la protecció de Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, i promet pagar-li com a cens un porc o bé tres sous.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 351 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 352), 128 × 177 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 521.

Notum sit omnibus hominibus quoniam ego Poncius de Palaciolo pono atque comendo meipsum, cum omni honore meo quem hodie habeo vel in antea adquisiero, sub custodia et defensione atque baiulia domini mei Raimundi, comitis Barchinonensis, Aragonensium principis; et propriis manibus meis hominaticum facio ut amodo ego et mei et omnia me[a] sub tutela et custodia sua in pace et securitate consistant. Et convenio iamdicto comiti, domino meo, ut annuatim ei persolvam, ego et mei post me, unum porchum comitalem aut IIII solidos monetę curribilis Barchinonę ad festum Sancti Michaelis omni tempore. Ego siquidem iamdictus comes Raimundus suscipio te prephatum Poncium et omnia tua in mea custodia et defensione; et quod manuteneam te et tua in iure tuo contra omnes homines et feminas, salvo semper censu superius nominato.

Actum est hoc VIII kalendas augusti, anno XXIII regni Ledovici iunioris.

Signum+ Raimundi comes. S+ignum Guillelmi, Barchinonensis episcopi.

Sig+num Poncii scribe, qui hoc scripsit per mandatum domini comitis die et anno prescripto.

¹. [פונץ דפלוון] חזיר ג' [...]

1. Ponç de Palou [...] porc 3 [...]. *Agraïm la lectura, transcripció i traducció al Dr. Joan Ferrer, de la Universitat de Girona, i al Dr. Jordi Casanovas, del Museu Nacional d'Art de Catalunya.*

1070

1160, juliol. Barcelona

Donació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, dóna a Pedro, bisbe de Saragossa, i als seus successors el castell de Juslibol.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet del 6 de juliol de 1307 fet per Guillem de Porta, notari públic de Saragossa. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 342 (*olim* arm. 8 Saragossa, sac D, núm. 111), 450 × 501 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI, *Orígenes*, p. 492. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 41.

(*Crismó*)¹ In nomine domini nostri Ihesu Christi. Ego Raimundus, comes Barchinonensis et princeps Aragonensis, facio hanc cartam donationis et confirmationis tibi Petro, Cesaraugustano episcopo, et omnibus successoribus eius Cesaraugustanis episcopis in perpetuum. Placuit michi, libenti animo et spontanea voluntate, dono et concedo tibi castrum de Deuslovol, quod tempore sarracenorum vocabatur Meziniceger, cum omnibus suis terminis et pertinenciis et adempramentis, scilicet sotis et pratis et pascuis et acequiis et aquis ex omnibus partibus et montaneis et planis et cultis et heremis, cum ingressibus et egressibus, et quiquid pertinet vel pertinere debet ad eundem castrum regali iure, sicut melius dici vel intelligi potest. Tali pacto ut tu et successores tui post te Cesaraugustani episcopi habeatis et possideatis et teneatis et expletetis supradictam donacionem omni tempore ad vestrum profectum et fidelitatem meam successorumque meorum qui regnum Aragonensem sunt habituri. Et ut tu et successores tui Cesaraugustani episcopi post te donetis mihi et successoribus meis, irati sive paccati, potestatem de predicto castro quantas vices per nos vel per nuncium nostrum a vobis requisierimus secundum morem et consuetudinem Barchinonensis patrie. Hoc vero donativum, sicut superius scriptum est, dono et concedo tibi iamdicto Petro, Cesaraugustano episcopo, et omnibus tuis successoribus Cesaraugustanis episcopis ut habeatis et teneatis et possideatis et expletetis salvum et liberum et quietum et ingenuum, salva² mea fidelitate et de omni mea posteritate, per cuncta secula seculorum. Amen.

Signum+ Raimundi comes. Signum+ Regine Aragonensis et comitisse Barchinonensis, que hanc donacionem concedo, laudo et confirmo.

Facta carta in Era M^aC^aLXXX^aVIII^a, anno ab Incarnatione Domini millesimo C^oLX^o, in mense iulii, in civitate que vocatur

Barchinona. Dominante me, Raimundo comite, in Barchinona, in Aragone, in Cesaraugusta, in Super Arbe, in Ripa Curcia, Tortosa atque Illerda. Episcopo Dodone in Oscha. Episcopo Martino in Tirassona. Episcopo predicto Petro in Cesaraugusta. Episcopo Guillelmo Petri in Illerda. Petro de Castelazolo in Calataiub. Sancio Neconis in Darocha. Comite Palearensis in Ricla. Xemeno de Orreia in Epila. Petro Ortç in Aranda. Blascho de Oscha in Borga. Fortunio Acenariz³ in Tarazona et in Uno Castello. Palacino in Cesaraugusta et in Alagon et in Petrola. Galindo Xemenes in Belgit. Garcia Almurabit in Exeia. Deo Adiuda in Sos. Petro Lobez in Lusia. Lo[p]⁴ Ferrench in Aguero. Petro Lobez, frater eius, in Luna. Arpa in Loarre. Arnaldo de Alascun in Boleia. Marcho, filius Ferriz, in Oscha et in Rosta. Galindo Xemenonis in Alcala. Fortunio Dato in Barbastro. Fratibus Milicie Templi in Montsone.

S+ignum Guillelmi, Barchinonensis episcopi+. Sig+num Raimundi de Podio Alto. Sig+num Gueraldi de Iorba. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. Signum+ Arberti de Castro Vetulo. Sig+num Raymundi de Munellis. Sig+num Berengarii de Munellis. Scripta libens ista Petrus confirmo sacrista.

Ego, Guillelmus Petri, iussu domini mei comitis hanc cartam scripsi et propria manu mea hoc firmum (*senyal*) feci.⁵

1. B *comença*: Noverint universi quod anno Domini millesimo CCC^o septimo, die iovis scilicet II nonas iulii, coram reverendo patre et domino, domino Eximino, miseratione divina Cesaraugustano episcopo, et venerabili dompno Guillelmo de Cavaldos, çalmedina civitatis eiusdem, comparuit discretus vir dompnus Bernadus de Aversone, scriptor excellentissimi domini regis Aragonensis et tenens sigilla ipsius domini regis, et, nomine eiusdem domini regis, petiit quod cum idem dominus rex indigeat seu necessarium habeat transsumptum autenticum instrumenti seu privilegii infrascripti, mandari per predictos dominum episcopum et çalmedinam fieri transsumptum autenticum de eidem. Et exhibuit coram eisdem et per me, notarium, presentibus testibus subscriptis, legi fecit ipsum privilegium, non viciatum, non cancellatum nec in aliqua sui parte abolitum, cuius tenor inferius continetur. Predicti autem dominus Cesaraugustanus episcopus et çalmedina civitatis eiusdem, viso ipso privilegio et perlecto, mandaverunt mihi, insfrascripto notario, quod de ipso privilegio facerem transsumptum autenticum et publicum, ipsi enim eidem transsumpto auctoritatem suam et decretum impenderunt ac etiam prestiterunt, in quorum testimonium iusserunt huiusmodi transsumptum sigillorum ipsorum munimine roborari. Tenor vero dicti privilegii sive instrumenti, quodquidem erat per alphabetum divisum, hic est. 2. *Segueix un espai de quatre lletres, aproximadament, raspat*. 3. *z corregeix c*. 4. *Manca*. 5. *Segueixen les lletres A B C D E F, partides i que ocupen l'amplada del pergami, tot imitant el pergami original*. — B *acaba*: Acta sunt hec Cesaraugusta, in palacio domini Cesaraugustani episcopi, die et anno in prima linea contentis. Nos Eximinus, episcopus supradictus, huic transsumpto auctoritatem nostram impendimus et decretum. Ego Guillelmus de Cavaldos, çalmedina Cesarauguste, huic transsumpto auctoritatem meam impercior et decretum, in quorum testimonium hoc transsumptum mandavi sigilli curie çalmedinatus appensione muniri per notarium infrascriptum. Testibus ad predicta adhibitis specialiter et rogatis: Egidio Martin de

Camacurta, Petro de Ayles, rectorem ecclesie de Riello, et Iohanne de Mercuello, filio Garsie de Mercuello quondam, vicinis Cesarauguste. Sig(senyal)num mei Guillelmi de Porta, notarii publici Cesarauguste et auctoritate illustrissimi principis, domini regis Aragonum, per totam terram et dominationem suam, qui hoc translatum, ab originali privilegio bene et fideliter de verbo ad verbum sumptum, propria manu scripsi et sigillo curie çalmedinatus Cesarauguste, mandato çalmedine prehabiti, sigillavi.

1071

1160 agost 7

Concessió. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, concedeix a Pere de Balma l'exclusiva de construir i explotar el mercadal de Girona, pel cens de dos-cents porcs o bé sis-cents sous.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 343 dupl. (*olim* arm. 4 Girona, sac L, núm. 534), 265 x 280 mm. Carta partida traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació, malgrat l'esvaniment de la tinta.
- A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 343 (*olim* arm. 4 de Girona, sac L, núm. 535), 265 x 286 mm. Carta partida per ABC pel marge superior. Bon estat de conservació.
- B [Còpia coetània no localitzada.]
- B' Còpia coetània. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 343 tripl. (*olim* arm. 4 Girona, sac L, núm. 533), 326 x 317 mm. Carta partida traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 672, 682. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, pp. 66, 67.

Notum sit omnibus hominibus quod ego Raimundus, Dei gratia comes Barchinonensis et princeps Aragonensis, dono tibi Petro de Balma et omni tue proieniei atque posteritati, in ipso meo mercato quod est extra muros Gerunde, in ipso Arenio, ad occidentalem partem, iuxta fluvium Undaris, postestatem et locum ad edificanda operatoria et banchos et tabulas. Ipsa autem operatoria edificabis a domo que fuit Raimundi de Beviano usque ad superiorem partem domorum que fuerunt Daganeti; et dimites atque laxabis inter ipsa operatoria et domos antiquas unam grandem et amplam plateam. Antique vero domus non possint ulterius extendi aut dilatari ne ipsa platea possit stringi vel minui. Tabulas autem et bancos edificabis ab ipsa chantera¹ superiori² mei furni quem tenet Guillelmus³ Torti usque ad superiorem partem domorum que fuerunt Daganeti. Et inter⁴ predicta operatoria et tabulas vel banchos dimites atque laxabis alteram grandem et amplam plateam. Et infra predictos terminos nec ego nec aliquis homo vel femina possit edificare, tenere vel habere operatoria vel tabulas sive banchos vel escharrazones nisi per te vel per tuum

mandamentum vel stabilimentum tuorumque successorum. Et ipsum generale mercatum sit semper infra predictos terminos nec inde possit⁵ mutari per aliquam personam in aliquo tempore. De iamdictis vero operatoriiis vel⁶ tabulis et⁷ banchis non dabis tu nec tui, nec aliquis homo vel femina qui per te vel per tuos ibi fuerint, aliquem usaticum vel leudam vel forciam nisi tibi vel cui tu volueris, preter⁸ solam ipsam leudam quam soleo accipere in ipsis tabulis de ipso macello. Pro iamdicto vero honore quem tibi dono, dabis tu et tui in perpetuum mihi meisque successoribus annuatim⁹ in festo beati Michelis¹⁰ CC porcos de terno solido vel DC^{tos11} solidos in denariis, quiquid¹² ego vel mei melius voluerimus. Et deinceps non eris sub districto alicuius vicarii vel vicinorum de oste vel de chesta. Et quiquid melioracionis in predicto accepte¹³ facere poteris¹⁴ absque contradictione vel prohibicione¹⁵ alicuius persone facere possis. Et convenio tibi ut omnem supradictam donacionem faciam tenere et habere tibi et tuis omni tempore sub custodia et defensione mea, sub tali conveniencia ut nec tu¹⁶ nec tui predictum honorem vel aliquid de predicto honore possis vendere vel alienare nisi burgensibus vel iudeis, in quibus habeam salvum et integrum meum censum atque usaticum. Ego autem supradictus Petrus de Balma convenio tibi domino meo Raimundo, comiti Barchinonensi¹⁷ suprascripto, per bonam fidem, sine enganno, ut prescriptum censum tibi tuisque successoribus omni tempore fideliter reddam et omnia edificia et melioraciones supradictas studiose fideliterque faciam et compleam sine enganno. Si quis autem hoc dirumpere temptaverit, nichil proficiat, sed in duplo componat. Et postmodum hoc firmum permaneat¹⁸ omni tempore.

Facta ista carta donacionis et confirmacionis VII idus augusti, anno XX^oIII^o¹⁹ regni Leovici²⁰ iunioris.

Signum+ Raimundi comes. ²¹. שאלתיאל ב' ר' ששת זצ"ל.

Signum Guilelmi*, Barchinonensis episcopi.²² Poncius*, abbas Sancti Ioh[ann]is²³ +. Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Bertrandi de Castelet. Sig+num Raimundi de VilladeMuls. Sig+num Raimundi de Gerundella.²⁴ Sig+num Guillelmi de Castelvei. Sig+num Guillelmi Catalani,²⁵ vicarii Barchinonensis. Sig+num Berengarii de Mulnellis. Sig+num Berengarii de Cigar. Sig+num Bruni. Sig+num Bernardi Bou.²⁶ Sig+num Arnalli de Rased.²⁷

1. cantera B'. 2. superiori *afegit a la interlínia* A'. 3. Gerallus A' i B'. 4. infra B'. 5. *Segueix* umquam B'. 6. et B'. 7. vel B'. 8. *La primera r afegida a la interlínia* A'. 9. annuatim *escrit sobre raspat* A'. 10. Michaelis A'. 11. DC A' i B'. 12. *Segueix* horum B'. 13. *acapte* A'. 14. Et quiquid melioracionis

facere poteris in predicto accapte B'. 15. *Segueix* et B'. 16. nec tu *afegit a la interlínia* A. 17. Barchinonensi *ometen* A' i B'. 18. permaneat firmum A'. 19. XXIII^o A'; XXIII B'. 20. Ledovici A' i B'. 21. Xealtiel b[en] r[abí] Xéxet zts^l [que beneïda sigui la memòria del just!]. *Agraïm la lectura, transcripció i traducció al Dr. Joan Ferrer, de la Universitat de Girona, i al Dr. Jordi Casanovas, del Museu Nacional d'Art de Catalunya. Aquesta subscripció hebrea manca a B'*. 22. episcopi + A'. 23. *Manca*. Iohannis + omet A'. 24. Sig+num Raimundi de Gerundella *situat en el texta continuació de la subscripció de l'abat Ponç*. 25. *Segueix* tunc B'. 26. Bovis B'. 27. Sig+num Calvet A'. B' *acaba*: Sig+num Poncii scribe, qui hoc scripsit, superpositis literis in linea XV^a et XVI^a.

1072

1160, agost, 19

Venda. *Calvet ven a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, la meitat de l'obrador i del pati que té fora muralles de Barcelona, a la plaça del mercat, davant la porta del Castell Vell, pel preu de cinquanta morabatins aiadins i lupins.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 31 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac H, núm. 666), 102 × 320 mm. Bon estat de conservació.

B ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 344 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 778), 105 × 361 mm. Bon estat de conservació.

a CODOIN, IV, doc. CLXIII.

Cit. BALARI JOVANY, *Origenes*, pp. 58, 672, 679. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, p. 65.

Considerem A com un esborrany o primera redacció no definitiva del document. Presentem la transcripció a partir de B i indiquem les variants a les notes.

Sit notum omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego¹ Calvetus vendo tibi Raimundo, comiti Barchinonensi, Aragonensium principi, medietatem ipsius mei operatorii simul cum medietate cortalli sibi continenti. Que omnia habeo² in suburbio Barchinone, in platea mercati,³ quam tu comes iamdicte comparasti et acquisisti⁴ in Barchinonam,⁵ a parte orientali, ante portam Castri Veteris Barchinonę.⁶ Et sicut predictum operatorium cum prephato curtallo habetur et continetur⁷ et suis notis afrontacionibus ambitur,⁸ sic⁹ vendo iamdictam medietatem tibi prephato Raimundo, Barchinonensium comiti, Aragonensium principi, propter L morabetinos aiadinos et lupinos, quos in precio de te accepi.¹⁰ Et de meo iure et potestate trado hec omnia in tuum¹¹ ius et dominium, ad omne velle tuum ibi et inde¹² perficiendum in perpetuum.¹³ Si quis autem hoc disrumpere vel violare temptaverit, in duplo componat. Et postmodum hoc firmum permaneat omni tempore.

Facta carta XIII kalendas septembris, anno XXIII regni Ledovici iunioris.

Sig+num Calveti supradicti, qui hanc cartam vendicionis fieri iussit, firmavit et testes firmare rogavit.

Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Arnalli de Rased. Sig+num Bernardi Bovis. Sig+num Guillelmi Catalani, vicarii Barchinonensis.

¹⁴. כלבת שמכר למושל.

Sig+num Poncii scribe, qui hoc scripsit die et anno quo supra.¹⁵

1. Notum sit omnibus quoniam ego A. 2. simul cum ipsius cortalli sibi adherenti. Quod habeo A. 3. in ipsa platea de ipso mercato A. 4. conquististi A. 5. Barchinona A. 6. ad orientalem partem, ante portam Castri Veteris A. 7. cum iamdicto cortallo continetur et habetur A. 8. ambitur et terminatur A. 9. sicut *al text*; sic A. 10. vendo iamdictam medietatem propter L morabatinos aiadinos et lupinos quos de te inde accepi A. 11. Et potestate eam trado in tuum A. 12. tuum inde A. 13. *El text A continua de la següent manera: habeas hoc totum in ipsis aliis meis mansionibus que intus sunt in mea scilicet medietate quam habeo vel habere debeo intus in ipsis mansionibus et in predicto operatorio sive cortallo, sicut melius meam medietatem in omnibus ibi habere debeo. Sig+num Calveti qui. Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Arnalli de Rased. Sig+num Bernardi Bovis. Sig+num Guillelmi Catalanni vicarii.* 14. Calvet que [ho] ha venut al sobirà. *Agraïm la lectura, transcripció i traducció al doctor Joan Ferrer, de la Universitat de Girona, i al doctor Jordi Casanovas, del Museu Nacional d'Art de Catalunya.* 15. *Al dors apareix copiat el text hebreu anterior. En aquest cas, però, es va reproduir en escriptura mirall (d'esquerra a dreta), al contrari del sentit de l'escriptura hebrea. A continuació hi ha una traducció d'època moderna: Clavh el que vendió al dominador. Una altra mà ha escrit Calvet en referència al nom Clavih.*

1073

1160, setembre, 2

Permuta. *Pere de Corró permuta amb l'orde del Temple i el sacerdot Guillem una peça de terra en alou, situada a Caldes de Montbui, a Fossalba, per una altra peça de terra en alou.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 345, 152 × 180 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

Sit cunctis manifestum quod ego Petrus de Corron comutto Deo et Milicie Templi et tibi Guillelmo presbitero alodium meum proprium, scilicet peciam unam terre quam per vocem genitorum meorum habeo in comitatu Barchinone, in parroechia Sancte Marie de Calidis, in loco vocitato Fossa Alba. Que terminatur ab oriente in aragaio, a meridie in via, ab occiduo in vestro alodio, a circio similiter in via. Sicut ab istis terminis concluditur et terminatur, predicta pecia terre cum introitibus et exitibus suis integriter co-

mutto predicte Milicie Templi et tibi Guillelmo presbitero, ac de meo iure in vestrum trado dominium et potestatem, ad vestrum proprium alodium liberum et quietum, ad quod ibi vel exinde facere volueritis ad vestram voluntatem, sine ullo meo meorumque retentu. Accipio a vobis pro hac comutatione aliam peciam terre vestram, similiter per proprium alodium, sicut in carta qua inde mihi facitis continetur. Si quis hoc fregerit, supradicta in duplo componat. Et insuper hec comutatio omni tempore maneat firma.

Actum est hoc IIII nonas septembris, anno XXIII regni Ledoyci iunioris.

Sig+num Petri de Corro, qui hoc laudo et firmo firmarique rogo.

Signum+ Bernardi de Olivera. Signum+ Petri Galli. Signum+ Arnalli de Ferigola.

Sig+num Petri de Corron scriptoris, qui hoc scripsit manu sua propria die et anno quo supra.

1074

1160, setembre, 2

Convinença. *Vedell de Manlleu i el seu fill Bernat de Bellfort convenen amb Saurina de Besora i els seus nebots, fills de Gombau, que els donaran la potestat del castell de Bellfort sempre que els serà demanada, que faran per ells hosts i cavalcades, que els prestaran un cavall o un mul tres setmanes cada any i que els defensaran contra tothom excepte contra Guillem Mango.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 346 (*olim* arm. 9 Vic, sac G, núm. 297), 127 × 193 mm. Bon estat de conservació malgrat una taca d'humitat a la part superior esquerra del pergamí.

Cit. BISSON, *L'impuls*, p. 47. — KOSTO, *Making agreements*, p. 84.

Hec est conveniencia facta inter domna Saurina d[e] Bisaura et nepotes eius, filios Gomballi, illos videlicet qui abuerunt casttrum de Bisaura, cum Vitulo de Mesleo et filio eius Bernardo de Belfort de ipsa fortitudine de Belfort et eius terminis, quam tenent per iamdictam dominam de Bisaura. Convenit namque predictus Vitulus et iam nominatus filius eius Bernardus prefate domine et nepotibus suis, filiis Gomballi, quod de ipsa fortitudine de Belfort donent illis potestatem quibuscumque vicibus illis requisierint per se vel suum nuncium vel nuncios, irati sive placati; et faciant eis

curtes et placita et sequimenta infra suam patriam; et present eis unum cavallum adest mulum recipientem omnibus annis ebdomades III. Et valeant illis cum premissa fortitudine de Belfort sine engan contra cunctos homines¹ et feminas, excepto Guillelmo Mango. Et ipsi seniores manuteneant et defendant predictam fortitudinem et illum qui eam habuerit, sicuti boni seniores facere debent.

Actum est hoc IIII nonas sebtēbris, anno XXIII regis Ledovici iunioris.

Sig+num Saurine de Bisaura. Sig+num Bernardi. Sig+num Gomballi. Sig+num Raimundi de Duobus Rravis. Sig+num Uzalgarii de Terrers. Sig+num Geralli Assalid. Sig+num Petri de Noger. Sig+num Vituli. Sig+num Laureta coniugs sue. Sig+num Bernardi de Belfort.²

1. h *afegida a la interlínia.* 2. *Manca la clausura del rogatori.*

1075

[1160], setembre, 4

Memòria. *Relació dels deutors de Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, a Prats de Molló.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3440, 162 × 294 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.

a BISSON, *Fiscal accounts*, doc. 11.

Bisson data [c. 1160-1161]. Proposem 1160 atès que, aquest any, el 4 de setembre va caure en diumenge.

Hic est breve de expletis et de debitis de Prads et de debitis qui ad Pratos pertinent. In primis, abbas Rivipolletis et seniores debent C XC^a solidos de civada de Prads; et A.¹ de Mollione in denarios de C solidos; et de XC^a sunt ipsi debitores. Et Benedictus de Cerritania debet XXV solidos per civa[da], Bernard de Milars est fideiussor; et per se ipsum, LXXX^a solidos de blad quod habuit de Prads; et de XL^a solidis, A. de Mollione fi[deiussor]; et de aliis XL^a, Gilelm de Fitur fi[deiussor]. Abbas Sancti Iohannis, C solidos de frument quod habuit de Prads. Bernard de Mas, III. R. Ga[s]con, IIII solidos. A. de² Cherola, IIII solidos et VIII d[enarios]. Iohan de Pugol, XVIII d[enarios]. Guillem de Fonte, VI din[ers]. R. de Mas, III solidos. R. Guillem de Pug Morela, XII d[enarios]. Berenger de Plana, XII d[enarios]. Saurina de Vilar, XIII d[enarios]. P. de Sorrocha et suos heres, XII di[ners].

Audtorer, III so[lidos]. Poncius de Sala, II solidos per porc. Adam, XII d[enarios] de porc. R. de Pont, XVI³ d[enarios] de vino.

Pagada cavaleria de denariis de multonibus: Bernard de Carrera debet XXVII so[lidos]. Iohanes, XL^a. Poncius de Sala, XVIII d[enarios] de placito de femina de Alades. P. de Terrad, V so[lidos], Berenger Reg fi[deiussor]. Guillem Ponc de Teled, XII d[enarios], P. de Nogereda, fi[deiussor]. P. Gofre de Pugol, II so[lidos]. A. Fabre, II so[lidos]. Guillem Oliver, XVIII so[lidos]. Carbonel de Puiol, XVII so[lidos], Moraton donator. Berenger de Cher, II so[lidos]. A. R. de Vilar XII d[enarios]. Gebeli, X so[lidos]. P. de Riera, XII d[enarios]. Berenger Reg, III so[lidos]. Gillem Sendre, VII so[lidos] et III d[enarios]. Bonasieus, XII d[enarios]. Berenger de Clapera, III solidos de baccon. Carbonel, III so[lidos]. R. de Planela, V so[lidos]. Artad, VIII so[lidos] et VIII d[enarios]. P. Stephani, XV so[lidos]. A. de Encabads, donator de V, R. Sunier, de alios V, P. de Riera, de V. Guillem Gozber, V, P. Oliver, fi[deiussor]. Bernard de Lau, V so[lidos], Bernard de Carrera, fi[deiussor]. Bernard de Pont, X so[lidos], P. Falcuc, fi[deiussor].⁴ Ermengau de Figer, XV so[lidos], Gilem de Rivo, fi[deiussor]. P. de Molin, XI so[lidos], Gilem Iohan, fi[deiussor], R. Oriol, II so[lidos], Berna de Verger, fi[deiussor]. Berenger de Plana, V so[lidos], R. Porcel, fi[deiussor]. Ad Bertran remanent LX^a so[lidos]. Bernard Novel, VI d[enarios]. P. de Terrad, V so[lidos]. Bernad de Cherola, XII d[enarios], Guillem Lombard, fi[deiussor]. Gilem de Aquaca, X so[lidos], Guillem de Rivo, donator. Berenger Sinfre, XII d[enarios]. Ermengau Sancti Martini, XII d[enarios]. De questa, II so[lidos]. Pages de Ciroles, VI d[enarios]. Gilem de Serrad, VI d[enarios], Guillem de Buxo, fi[deiussor]. De questa, CCC solidos. Et sunt in summa predicti nummi mille C solidi. Et habet amplius super istos XXXIII solidos quos debent homines pauperes unde trahemus quod trahere poterimus. In istis nummis sunt nummi de multonibus et de questa. Et remanent omnes alios expletos quod inde exire debent.

Inter taschas et decimos et cussuras de Pratis,⁵ pagada cavaleria et ipsos qui ibi parte habent, remanent ad comitem L^a modios inter ordeum et sigilum et inter mil et civada; XXX modios de civa[da] et I modio de faves⁶ et I modio et VIII sestarios de frumento. Et de isto habemus expensos VIII sestarios⁷ et de civa[da] vetula remanent VIII modios. De pernas debet P. de Trad, I. Purciganus, I.⁸ Giscafne, I. Vallobera, I. Adam, I. Bernard de Aren, I. Berenger de Plana, I. P. Gofre de Pugol, I. Guifre de Cherola, I. Gilem de Rivo, I, et frater XI pernas de preterito anno. Et clerici debent

VII solidos de rossels et alium usaticum. Bernard de Mas et R. Gacon debent questam et censum.

Et hoc scriptum fuit factum prima feria IIII septembris.

1. No hem desenvolupat les inicials dels noms propis. 2. Segueix a, sense cancel·lar. 3. de Pont, XVI escrit a sobre d'una raspadura. 4. Segueix Berenger de Plana, ratllat. 5. r afegida a la interlínia. 6. es afegit a la interlínia. 7. La segona s afegida a la interlínia. 8. I corregeix P.

1076

1160, setembre

Debitori. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, reconeix deure a Guillem Leteric sis mil set-cents morabatins de barba roja i, en garantia del seu pagament, dóna en hostatge deu nobles, els quals no podran abandonar Montpeller fins que el deute no hagi estat satisfet.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, apèndix, núm. 8a (*olim* arm. 2 Barcelona, sac F, núm. 607), 370 × 260 mm. Bon estat de conservació.

B Còpia coetània. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 15 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac F, núm. 590), 340 × 230 mm. Bon estat de conservació.

a CODOIN, IV, doc. CXXI (a).

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 378. — BOTET i SISÓ, *Les monedes*, I, p. 66. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 187.

L'original porta un altre document copiat al dors. Vegeu el document núm. 1102. Original i còpia estan cancel·lats, tal com ho indiquen els talls que hi ha a la part central.

In nomine Domini, anno Incarnacionis eiusdem MCLX, mense septembris.¹ Ego Raimundus Berengarii, comes Barchilonensis, scio et cognosco in veritate² quod ego debeo tibi Guillelmo Leterico et tuis et illis qui mandato tuo quesierint sex milia et DCC marabotinos de barba roja, legalis et boni ponderis, quos in integrum et sine tuo tuorumque enganno tibi Guillelmo Leterico vel mandatarario tuo persolvam ad tuam tuorumque noticiam et voluntatem. Quod usquequo factum habeam dono inde vobis et vestris X ostaticos et³ tenedors qui sub potestate vestra in Monte Pessulano ostaticum teneant, de quo aliquo modo non exeant sine vestri vestrorumque licencia. Et⁴ unusquisque ostaticorum teneatur tibi Guillelmo Leterico et tuis insolidum de toto predicto avero. Isti vero sunt ostatici et tenedors, scilicet Arnaldus de Lersz, Raimundus de Vila de Murs, Guillelmus de Castello Vetulo, Berengarius

de Caneto, Bernardus de Corzavins, Guillelmus de Castello Novo,⁵ Berengarius Bertrandi, Raimundus de Molnels, Raenbaldus⁶ de Bazellis, Bernardus de Molnels.

Ego vero predictus Arnaldus de Lersz cognosco et scio me ostaticum et tenedor esse de toto prescripto avero tibi Guillelmo Leterico et tuis et ideo, bona fide et sine dolo, cum hac carta convenio atque promitto tibi Guillelmo Leterico et tuis quod dominus meus Raimundus Berengarii, comes Barchilonensis, totum prescriptum averum tibi Guillelmo Leterico vel tuis persolvat ad tuam tuorumque noticiam, sine tuo tuorumque enganno, sicut prescriptum est. Quod nisi fecerit, ego Arnaldus de Lersz persolvam tibi Guillelmo Leterico vel tuis in integrum totum prescriptum⁷ averum ad tuam tuorumque noticiam, sine tuo tuorumque enganno. Et mitto me in tuum ostaticum in Monte Pessulano, sub tua tuorumque potestate, et de tua tuorumque potestate non exeam sine tua tuorumque licencia quousque totum prescriptum⁸ averum tibi Guillelmo Leterico vel tuis sit persolutum in integrum. Et totum hoc, sicut prescriptum est, tenebo et observabo ego Arnaldus de Lersz,⁹ si Deus me adiuvet et hec sancta Dei Evangelia, ad tuam tuorumque noticiam et voluntatem.

Et ego Raimundus de Vila de Murs promitto et convenio tibi Guillelmo Leterico et tuis per me ipsum et mitto me inde in tuam tuorumque potestatem quod sicut Arnaldus de Lersz per se totum hoc convenit et promisit et prescriptum¹⁰ est, ita tenebo et observabo per me, si Deus me adiuvet et hec sancta Dei Evangelia, ad tuam tuorumque noticiam et voluntatem.

Et ego Guillelmus de Castello Veteri sicut Arnaldus de Lersz et Raimundus de Vila de Murs convenerunt per se, ita convenio ego per me et mitto me inde in tuam tuorumque potestatem, si Deus me adiuvet et hec sancta Dei Evangelia, ad tuam tuorumque noticiam insolidum.

Et ego Berengarius de Caneto per me convenio et promitto totum hoc atendere sicut prescripti iuraverunt per se, et mitto me inde in tuam potestatem ad tuam tuorumque noticiam insolidum, si Deus me adiuvet et hec sancta Dei Evangelia.

Et ego Bernardus de Corzavins id idem similiter iuro. Et ego Guillelmus de Castello¹¹ id idem similiter iuro. Et ego Berengarius Bertrandi id idem similiter iuro. Et ego Raimundus de Molnels id idem similiter iuro. Et ego Raenbaldus¹² de Bazellis id idem similiter iuro. Et ego Bernardus de Molnels id idem similiter iuro.

Manlevatores sunt quisque insolidum de predictis ostaticis et tenedors per sacramentum Ermegaus de Leucata, Willelmus de Pictavis, Petrus Raimundi de Narbona, Raimundus de Salis, Petrus de Fenoletto, Willelmus de Castello Rosillon et Willelmus de Durban, per fidem plevidam.

Et Ermengardis, viscomitissa Narbonensis, similiter in solidum maleatrix et recepit inde Guillelmum Letericum et suos in Dei fidem et suam. Et similiter de toto sunt manlevatores per sacramentum Ermengaus de Melgorio, Willelmus de Arciacio, Petrus Seguerius de Biterris.¹³ Et Willelmus de Monte Pessulano et Trencavellus sunt de toto hoc manlevatores per fides suas plevidas.

Huius rei testes sunt: Pelegrinus, Poncius Beton, Petrus Catalan, Petrus Manent, Willelmus Estaphani, Willelmus Simeon, Bernardus Belin, Raimundus de Anania, Poncius Aimoini, Petrus Deodati.¹⁴

Et sit manifestum quod Willelmus Raimundi senescalc manlevavit de prioribus X tenedors los V priores, ita quod si aliquis eorum moreretur vel mentiretur, quod ipse restauraret ad eo bonum ad noticiam Gillelmi Leterici vel daret D marabotinos Guillelmo Leterico et suis et de hoc accepit Guillelmum Leterici in Dei fidem et suam. Et istos D marabotinos iuravit Petrus Vetus de Arciacio et Arnaldus de Cerveria. Et alios D marabotinos eodem pacto iuravit Geraldus de Maurimon Guillelmo Leterico et suis, et ita quod de Monte Pessulano non exiret donec istos D marabotinos habuisset persolutos et vel inde fuisset manlevatus. Et ex alia parte Willelmus de Alesto convenit Guillelmo Leterico et suis M marabotinos eodem pacto et ita sunt MM marabotini inter Guillelmum Raimundi senescalc et Geraldum de Maurimon et Willelmum de Alesto, si aliquis predictorum priorum V militum moreretur vel mentiretur. Et comes est prolongatus de isto avero prescripto usque ad festum sancti Andree, tali¹⁵ pacto quod si aportaretur ei averum de rege anglico vel de Yspania vel undecumque ei eveniret, Willelmus Leterici debet esse pacatus prior ante omnia alia debita et negocia que comes habeat vel habuit illo tempore. Et totum hoc convenit sicut scriptum est comes Guillelmo Leterico. Et si interim infra hunc terminum vel postea aliquis de predictis tenedors redierit ad Montem Pessulanum vel hinc inde debent remanere per sacramentum in potestate Willelmi Leterici.¹⁶ Et de toto hoc comes recepit Guillelmum Letericum in Dei fidem et¹⁷ suam in¹⁸ osculo fidei.

Huius rei testes sunt: Pelegrinus, Poncius Beton, Petrus Catalani, Petrus Manent, Willelmus Estafani, Willelmus Simeon, Bernardus Belin, Raimundus de Anania, Poncius Aimoin, Petrus Deodati et Fulco, qui scripsit.¹⁹

1. In nomine...mense septembris omet B. 2. et in veritate cognosco B. 3. et omet B. 4. Et omet B. 5. Castro Novo B. 6. Raimundus B. 7. scriptum B. 8. scriptum B. 9. Arnaldus Lersz B. 10. scriptum B. 11. Castello Novo B. 12. Raienbaldus B. 13. Seguerius Biterris B. 14. Huius rei testes... Petrus Deodati omet B. 15. in tali B. 16. in potestate Guillelmi Leterici per sacramentum B. 17. et afegit a la interlínia. 18. et in B. 19. Huius rei testes ... qui scripsit omet B.

1077

1160, octubre, 1. Vilafranca de Conflent

Passament de comptes. *Bernat de Llívia, batlle comtal, ret comptes a Bertran de Castellet, Arnau de Raset i Bernat Guillem de Vilafranca.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 347b, 245 × 152 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta i d'algun petit forat a la part esquerra del pergami.

a BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 10B.

Cit. BOTET i SISÓ, *Les monedes*, I, p. 127. — BISSON, *Fiscal accounts*, I, p. 14. — BISSON, *L'impuls*, pp. 167, 183.

Aquest document està copiat, juntament amb cinc més, en un mateix pergami. Vegeu els documents núms. 1078, 1079, 1080, 1081 i 1083. La relació de citacions la donem conjuntament aquí, sense repetir-la en els altres documents.

Anno ab Incarnacione Domini M^oC^oLX^o, die sabati prima octobris,¹ computavit in Vila Franca Bernardus de Livia cum Bertrando de Castelet et Arnaldi de Rased et Bernardi Guielmi de Vila Franca et Dominici scriptoris de omnes expensas tractas quas dicere potuit. Remansit super eum LI solidos et C modios de blad segle.

1. La segona o, volada, corregeix u, sense cancel·lar.

1078

1160, octubre, 2. Tuïr

Passament de comptes. *Guillem de Tuïr, batlle comtal, ret comptes a Bertran de Castellet i Arnau de Raset*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 347a, 245 × 152 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta i d'algun petit forat a la part esquerra del pergami.

a Bisson, *Fiscal accounts*, II, doc. 10A.

Aquest document està copiat, juntament amb cinc més, en un mateix pergami. Vegeu els documents núms. 1077, 1079, 1080, 1081 i 1083. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 1077.

Anno ab Incarnacione Domini M^oC^oLX^o, die dominice prima octuber, in Touir, computavit Guillelmus de Toir cum Be[r]trando¹ de Castellet et Arnaldo de Rased et Dominico scriptore. Et totas dispendios tractas quas dicere potuit, debet emendare comiti V modios ordeï et VI sextarios ordeï, et comes debet ei emendare LXX^aIII solidos, VIII denarios rosels et II sextarios tritici. Et remanet super eum vinum de taberna.

1. Manca.

1079

1160, octubre, 2. Vilafranca de Conflent

Passament de comptes. *Bernat Guillem, batlle comtal, ret comptes a Bertran de Castellet i Arnau de Raset.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 347c, 245 × 152 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta i d'algun petit forat a la part esquerra del pergami.

a Bisson, *Fiscal accounts*, II, doc. 10C.

Aquest document està copiat, juntament amb cinc més, en un mateix pergami. Vegeu els documents núms. 1077, 1078, 1080, 1081 i 1083. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 1077.

Anno ab Incarnacione Domini M^oC^oLX^o, die dominice prima octuber, in Vila Franca, computavit Bernard Guillelm cum Bertrando de Castelet et Arnald de Rased et Dominici scriptore de omnes expensas quas dicere potuit. Debet comes [em]endare¹ ad Bernad Guilelm M C XVIII solidos. Et remansit super Bernard Guiem CC LXX modios ordeï quos debet ad comes.²

1. Manca. 2. Et remansit...ad comes *escrit en l'espai que hi ha entre aquest assentament i l'anterior.*

1080

1160, octubre, 10. Llagostera

Passament de comptes. *Pere de Palafrugell, batlle comtal, ret comptes a Bertran de Càller, Berenguer de Monells i Bonet, jueu.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 347d, 245 × 152 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta i d'algun petit forat a la part esquerra del pergami.

a Bisson, *Fiscal accounts*, II, doc. 10D.

Aquest document està copiat, juntament amb cinc més, en un mateix pergami. Vegeu els documents núms. 1077, 1078, 1079, 1081 i 1083. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 1077.

Anno ab Incarnacione Domini M^oC^oLX, feria¹ II, in secunda ebdoma[da]² de october, computavit Pere de Palaud Frugel in ecclesia Sancti Felicii, apud Bertrando de Caler et Berenger de Mulnells et Bonet ebreu totas dispensas tractas quas dicere potuit. Debet comiti emendare³ II sextarios ordeï et XVIII migeras de frument apud tota omnia pagata. Et remansit de transacto anno super eum II^o modios et V sextarios de ordeï, exceptus loceo qui non erat computato.

1. f *corregeix* s. 2. *Manca*. 3. *emendare afegit a la interlínia*.

1081

1160, octubre, 10. Llagostera

Arrendament. *Bertran de Castellet, batlle comtal, arrenda els drets del comte a Llagostera a Berenguer Miró i Pere de Tossa.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 347e, 245 × 152 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta i d'algun petit forat a la part esquerra del pergami.

a Bisson, *Fiscal accounts*, II, doc. 10E.

Aquest document està copiat, juntament amb cinc més, en un mateix pergami. Vegeu els documents núms. 1077, 1078, 1079, 1080 i 1083. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 1077.

Anno XX^oIII^o regni regis Ludovici iunioris, feria II, in secunda ebdomada de october, fuit Bertran de Castelet ad Sancti Felicii de Llagostera et vendebat baiulia de comes ad Berenguer Mir de Llagostera et ad Pere Tosa per XXVI modios de blad, duos de frumeto et alios inter totos blatos. In tale pacto quod si comes [a]jut¹ suos homines veniebant in Llagostera, nisi computasent ad comes dispensa de vino. Et retenet comes in baiulia tota ipsa carne quem abere debet, porcs et galinas, et duas partes de placitos et totas suas chestas que habere debet. Et ego Berenger Mir et Pere Tosa sumus plivis et donadors de hoc suprascripto ad comes et ad tibi Bertrando. Et² insuper sunt firmancas et donadors Garssen et Guillelmi Poncii et Pere Bernard, sag, et Geral de Llagostera.

1. *Manca*. 2. *Et afegit a la interlínia*.

1082

1160, octubre, 24

Donació remunerada. *Els esposos Berenguer i Arsenda donen a la seva filla Narbona i a l'espòs d'aquesta, Guillem, el mas on viuen, els drets que té Berenguer al mas Puig de Montfred i els drets que tenen sobre els masos Solano, Gudmir i Hora Bona, a Sant Feliet de Terrassola i Santa Maria d'Oló, al lloc anomenat Bago. Pagaran de cens tres sous i una punyera de blat i una d'ordi per Nadal.*

- A ACA, Cancellaria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 348, 112 × 462 mm. Estat de conservació regular a causa de l'enfosquiment del pergami i d'algunes taques a la part dreta.

In nomine Domini. Ego Berenger et uxorii meę Arsen, cum accensu et voluptatem seniorum nostrorum, donatores sumus vobis filia nostra Narbona et ad viro tuo Guillelmo et ad cuncte vestre proenie. Per hanc scripturam donacionis nostre damus nos vobis ipsum nostrum mansum in quo nobis habitemus, sicut nobis melius habemus et habere debemus et in antea consequire potuerimus, cum ab suis terminis et affrontacionibus et exitibus et regressibus earum, qui ibi pertinent, longe vel prope, in cunctis locis, longe vel prope, salvos directibus seniorum nostrorum. Et advenit ad me Arsen ipsa omnia suprascripta per parentorum meorum et per patrimoniorum meorum; et ad viro meo Berenger per suum decimum vel per ullasque voces. Et in alio loco dono ego vobis ipsum meum directum que ego Berenger habeo in manso de Pudio de Monte Fridio, qui¹ tenet Berengera et cum suis filiis, sicut nobis melius habemus et habere potuerimus. Et in alios locos damus vobis ipsos nostros directibus que nobis habemus in manso Solano et in manso Gudmir et in Hora Bona. Et hoc totum quod suprascriptum est, sic donamus nos vobis et ad proenie vestre, ab ipsos servicios et usaticos quin debent exire ad senioribus de ipsa omnia suprascripta. Et insuper ego Berenger et uxorii mee siamus nobis senioribus de ipsa omnia suprascripta de nostra vita; et post obitum nostrum, remaneat ad vobis ambos et ad filii vestris. Et insuper honoretis vobis nos secundum vestrum posse, sicut debet honorari patri vel matri, sicut debent bonus filius² facere. Et insuper, si obierit Narbona sine infante, habeat Guillelmo viro suo ista omnia suprascripta tota ab integra de vita sua; et post obitum suum, revertar ad propinquis. Et si obierit Guillelmo antequam illa, recuperent suis amicis ipsum suum avere, quantum

aparventum habeat. Et insuper exiet de ista omnia suprascripta per censum ad Natale Domini tribus solidos et I p[ugnera] tritici et alia ordeï.³ Et est ipsa omnia suprascripta in comitatu Minorise vel in Ausona,⁴ in parrochia Sancti Felix Terraciola vel in parrochia Sancte Marie Olo, in loco nominato ad ipso Bago et in alios locos, quomodo suprascriptum est. Si quis homo vel femina qui ista carta disrumpere voluerit, in duplo componat. Et postea firma persistat omni tempore.

Actum est hoc VIII^o kalendas november, anno XX^oIII^o regnante rex Ledoyci iunior.

Sig+num Berenger, Sig+num Arsen, Sig+num Petrus, Sig+num Maria, Sig+num Guillelma, filiis eorum, nos qui ista donacione fecimus et firmamus et laudamus et testes firmarique rogamus.

Sig+num Berenger de Isla. Sig+num Petrus de Monte Fridio. Sig+num Raimundi villico.

Berengarius* prior, qui hoc firmo, salva estaticam de Guillelmo in ipsum nostrum mansum die cotidie (*senyal*). Berengarius* sacer (*senyal*). Bernardus* sacer (*senyal*).

Poncius scriptor, qui hoc scripsit die et anno quo sup(*senyal*)pra.

1. Segueix est sense cancel·lar. En la paraula següent, tenet, la t corregeix una d. Sembla que l'escrivent hauria volgut escriure qui est de, però ho rectificà, tot reconvertint la d en t i deixant est sense cancel·lar. 2. filius afegit a la interlínia. 3. Et insuper exiet...et alia ordeï escrit amb tinta més clara, sembla afegit en l'espai en blanc que havia estat deixat en principi. Segueix, encara, un espai en blanc de 205 mm. 4. Et est ipsa ... in Ausona escrit amb tinta més clara, sembla afegit en l'espai en blanc que havia estat deixat en principi.

1083

[1160, octubre]

Passament de comptes. *Un batlle comtal ret comptes.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 347f, 245 × 152 mm. Estat de conservació deficient a causa de l'esvaniment de la tinta.

Aquest document està copiat al dors del pergamí i hom el suposa relacionat amb els dels passaments de comptes de batlles comtals i amb la venda de la batllia comtal, raó per la qual el datem al mes d'octubre de 1160. Vegeu els documents núms. 1077, 1078, 1079, 1080 i 1081.

[...]¹ CCC [...]² mas, XII sesters [...]³ us³ VIII sesters tri[tici ...]⁴ XXX⁵ sesters XIII [...]⁶ et⁷ [...]⁸ omnibus fructibus. + XXVIII [...]⁹ III super [...]¹⁰ an XI sesters [...]¹¹ CCC¹² III solidos VIII de-

narios VI iam de ha n[...]13 n[...]re14 V modios VI sesters ordeï et nos deb[emus] te emendare [...]15 sesters tritici et LXXIII solidos.

1. Espai de 30 mm, il·legible. 2. Espai de 12 mm, il·legible. 3. Espai de quatre lletres, aproximadament, il·legible. 4. Espai de 30 mm, il·legible. 5. XXX afegit a la interlínia. 6. Espai de cinc lletres, aproximadament, il·legible. 7. Segueix XXVI porch, ratllat. 8. Espai de 42 mm, il·legible. 9. Espai de cinc lletres, aproximadament, il·legible. 10. Espai de tres lletres, aproximadament, il·legible. Segueix medio, ratllat. 11. Espai de set lletres, aproximadament, il·legible. 12. Segueix LXXVIII, ratllat. 13. Espai de cinc lletres, aproximadament, il·legible. 14. Espai de dues lletres, aproximadament, il·legible. 15. Espai de set lletres, aproximadament, il·legible.

1084

1161, gener, 1

Adverció. *Els testimonis del testament de Berenguer de Torroja jurat, damunt l'altar de Sant Feliu de l'església de Sant Just i Sant Pastor de Barcelona, les darreres voluntats d'aquest. Fa diversos llegats a institucions religioses i deixa la major part dels seus béns al seu nebot Ramon de Torroja, al seu germà Arnau de Torroja i a la seva filla.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la primera meitat del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 337 (*olim* arm. 23 Templers, sac F, núm. 374), 372 × 493 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, Orígenes, p. 582.

Ultime voluntatis cuiusdam viri defuncti Berengarii de Torroia nomine, cuius ordo infra VI menses, coram sacerdotibus et Arnallo presbitero, vicario Mironis, iudicis, legaliter actus est. Nos videlicet Guillelmus, sacerdos et capellanus episcopi, et Guillelmus de Orta testes et iuratores sumus. Testificamur namque iurando per Deum vivum et verum, in personis trinum et in Deitate unum, et super altare Sancti Felicis martiris quod est constructum in ecclesia beatorum martirum Iusti et Pastoris, supra cuius sacrosancto altari has condiciones manibus propriis iuramus quia vidimus et audivimus et rogati ab ipso conditore extitimus quando predictus testator egritudine detentus unde obiit, pleno sensu et memoria integra, fecit suum testamentum. In quo elegit manumissores suos, videlicet Raimundi de Podio Alto et Geraldum de Iorba et Arnallum de Terroia et Petrum Arnalli de Cervera et Guillelmum de Orta, quibus caritative precepit ut si ei mori contigerit, sicuti et fecit, antequam aliud testamentum faceret, ita distribuerent res suas sicut hic invenerint ordinatum. In primis,

iussit corpus suum sepeliri in cimiterio ecclesie Sancti Rufi, que sita est apud Ilerdam et dimisit atque concessit eidem ecclesie ipsam suam almuniam de Ilerda et ortum unum et duas vineas que ibidem habebat, sicut resonat in carta quam eidem ecclesie fecerat, et animalia que laborabant prefatam almuniam et tonnas quas habebat Ilerde. Et dimisit Sancte Marie sedis Ilerde CCC morabetinos quos habebat in pignore de decimo de Almanar ab episcopo et clericis iamdicte sedis, eo videlicet modo ut nec episcopus iste nec aliquis successorum suorum possit alicui dare vel inpingorare vel alienare, sed semper sit in usum canonicorum ipsius sedis, ad victum vel ad vestitum. Et dimisit canonicis Sancte Marie Sedis Urgelli ipsum castrum de Turre cum omnibus suis pertinentiis, sicut Petrus Ecardi avunculus suus, Urgellensis ecclesie archidiachonus, dimiserat iamdicte ecclesie, ita ut nec episcopus iste nec aliquis successorum eius possit illud castrum alicui dare vel alienare, sed semper sit in usum canonicis iamdicte sedis; et C morabetinos in auro quos Arnaldus frater suus donet in honore, in eodem castro, ad opus canonicis prefate sedis. Dimisit etiam Sancte Marie de Solsona I mansum cum suis pertinentiis in castro de Amenla, simul cum decimo ipsius mansi et cum omnibus expletis et cum perna et cum chestis¹ et adempramentis eiusdem mansi, in quo habitant Adriani; ita quod Raimundus de Terroia nepos suus acciperet in aliis mansis qui sunt in eodem castro terciam partem quam habebat in predicto manso, ut totum et integrum ipsum mansum haberet supradicta ecclesia de Solsona, sine blandimento alicuius persone. Dimisit etiam Milicie Templi Iherusalem suum alodium, scilicet campos et vineas quas habebat apud Ilerdam, in Fontaneto. Et dimisit Ospitali Iherusalem ipsum alodium quod habebat in Bardinas, versus portam de Munte Aguto, quod habuerat per concambium. Et dimisit Raimundo de Terroia nepoti suo terciam partem de Terroia sicut pater suus ei eam dimiserat in testamento; et castrum de Colonico sicut ipse habebat vel habere debebat; et honorem quem habebat in Sede Urgelli et in Calvidian et in Arcegel et in aliis locis, sicut Ecardus avus suus habuerat per episcopum et clericos ipsius sedis sive per alodium, a ponte Sancti Andree usque ad castrum Sancti Martini; et honorem quem habebat in Sanauga et castrum de Menresana et de Bechfred. Arnaldo vero de Terroia fratri suo dimisit suas domos de Terroia et mansum Guillelmi Sala, cum omnibus pertinentiis et tenedonibus ipsius mansi, simul cum conamina que fuit ipsius mansi et cum alia conamina que fuit vinea, quam tenet

Petrus de Mata Rotunda; et molendinum quod est inter Terroiam et Sadaon, quod ipse Petrus de Mata Rotunda tenet; et cum vineis ipsius mansi ut haberet et teneret ipse Arnaldus de Terroia omnibus diebus vite sue, simul cum orto quem tenebat in Terroia. Ita ut, post mortem suam, unus sacerdos habitet in prephatis domibus et teneat et habeat ipsum honorem de Guillelmo Sala, simul cum ipsis condaminiis et molendino et vineis et cum area et paleario, qui semper cantet missas in ecclesia Sancti Salvatoris de Terroia pro remedio anime sue et Arnaldi fratris sui et serviat ibi die ac nocte; et post illum succedat alius et sic unus post alium usque in sempiternum, eo modo quod ipse sacerdos non sit sub dominio episcopi vel capellani ipsius ecclesie vel domini castri, sed semper stabiliatur communi consilio populi ipsius ville et domini ipsius castri. Et ortum quem dimisit Arnaldo, qui fuerat sui patris, revertatur Raimundo nepoti suo. Et ortus quem tenebat Raimundus nepos suus, qui fuerat de Guillelmo Sala, revertatur sacerdoti qui stabilietur in iamdicto honore. Et dimisit eidem Arnallo castrum de Camarasa et castrum de Cubels, cum castris et pertinenciis et dominicaturis et caballariis sicut ipse habebat vel habere debebat sicut pater suus adquisiverat et cum omnibus meliorationibus que ipse post eum adquisivit; et castrum de Almanar et quicquid ibi habebat quibuscumque modis adquisivit, excepto ipso pignore quod dimisit superius Sancte Marie sedis Ilerdensis; et castrum de Calatarran, quem tenebat per comitem Barchinonensem, cum omnibus suis pertinenciis; et totum castrum de Amenla, cum militibus et senioratico et duabus partibus dominicature; tertia vero pars sit Raimundi nepotis sui, solide et quiete, preter mansum quem dimisit ecclesie [Sancte]² Marie de Solsona, libere et quiete. Et dimisit filie sue, post mortem Arnaldi fratris sui, castrum de Almanar cum omnibus pertinenciis suis; et castrum de Calatarran, sicut ipse habebat, cum omnibus pertinenciis suis; et castrum de Amenla simul cum tertia parte Raimundi nepotis sui, propter quam dimisit ei castrum de Camarasa et castrum de Cubels, post mortem Arnaldi fratri sui, si mortuus fuerit sine infante legitimi coniugii; si vero infantem haberet, remaneret ipsi infanti castrum de Camarasa et castrum de Cubels et castrum de Amenla; filia vero sua haberet castrum de Almenara et castrum de Calatarran cum eorum pertinenciis. Dimisit etiam filie sue castrum de Ager et de Clarmunt et de Fedet et de Fenestris et de Blanca Fort et de Olgerre et de Ivarz; que castra comes Poncius ei dederat et Geraldus de Cabrera et

socer suus, Raimundus Berengarii, qui ei dederant tenedonem de ipsis castris et comendaverant ei milites, scilicet castlanos qui tenent ipsa castra, quibus dedit mille morabetinos et eo amplius; ita quidem, quod si mater eius vel avus, de omnibus his exhereditaverint eam, ipse, simili modo, de his que superius ei dimisit exhereditavit eam. Item, dimisit et deliberavit Sancte Marie Sedis Urgelli II cavallerias, I de Barguga et aliam de Galezer, quas avus suus Ecardus adquisiverat ab archidiachonis ipsius ecclesie, ita scilicet, ut unaquemque ad dominium archidiachonatus, unde fuerunt, revertatur. Omnem honorem suum quem superius textatus est cuicumque illum dimisit, preter honorem quem donavit ecclesie Sancti Ruffi de Ilerda, teneret Arnaldus frater suus donec omnia debita sua et C morabetinos quos dimisit ecclesie Sedis Urgelli inde solverentur; solutis vero debitis suis, unusquisque haberet hoc quod ei dimisit, sive ecclesia sive consanguineus. Si Raimundus nepos suus mortuus fuerit sine infante legitimo coniugii, quemcumque ei dimisit reverterentur Arnaldo fratri suo, in vita sua; post mortem vero suam, si infantem non haberet legitimi coniugii, reverterentur filie sue supradicte. Si Arnaldus frater suus obiret sine infante legitimi coniugii, castrum de Camarasa et de Cubels, ambo reverterentur Raimundo nepoti suo. Filie vero sue reverteretur castrum de Calatarran et de Almanara et de Amenla, sicut superius dictum est. Si vero filia sua mortua fuerit sine infante legitimi coniugii vel ante quam haberet virum, castrum de Almenara et de Calatarran essent in voluntate fratris sui Arnaldi quibuscumque de nepotibus suis dare vel dimittere voluerit; castrum de Amenla³ reverteretur Raimundo nepoti suo. Si vero Arnaldus et Raimundus ambo mortui fuerint sine infante legitimi coniugii, reverterentur ea que eis dimisit filie sue. Si vero Arnaldus frater suus et Raimundus nepos suus et filia sua sine infante legitimo mortui fuerint, ea que fuerunt patris sui reverterentur filiabus Raimundi fratris sui, preter ea que superius dimisit sanctis. Filiam vero suam in potestate Arnaldi fratris sui dimisit, ut ipse daret ei virum qui ei conveniret quando fuerit tradenda marito, cum laudamento parentum suorum. Omnem honorem suum quem superius distribuit, dimisit in tuitione et defensione omnipotentis Dei et domini sui Raimundi Berengarii, comitis Barchinonensis, et amicorum suorum, scilicet Raimundi de Podio Alto et Guillelmi de Cervera et Geraldus de Iorba. Et precepit hominibus suis Bernardo de Fluviano et Gonballo de Taiadel et Petro Arnalli de Cervera et Petro de Colonico et aliis

suis hominibus ut ita attenderent sicut in suo testamento scriptum est. Si quis hoc infringere voluerit, nil valeat, sed supradicta in duplo componæret. Et insuper suum testamentum semper maneret firmum. Hoc totum ita ordinavit predictus testator in suo testamento II kalendas iunii, anno XXIII regni regis Ledovici iunioris, et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde, ingravescente languore quo detinebatur, discessit ab hoc seculo II kalendas september et anno XXIII regni prefixi regis. Hanc igitur ipsius testatoris ultimam voluntatem nos prescripti testes, sicut vidimus et audivimus et rogati ab ipso conditore extitimus, in prescripto altari, coram sacerdotibus et Arnallo presbitero, Mironis iudicis, vicario, et aliis testibus, manibus nostris iurando veram esse fideliter corroboramus atque ex hoc aliter suam voluntatem non mutavit, nobis scientibus.

Late condiciones kalendas ianuarii et anno rege prefixo.

Sig+num Guillelmi de Orta, Signum (*senyal*) Willelmi* presbiteri, nos huius rei testes et iuratores sumus. Petrus sacrista (*senyal*). Signum+ Bernardi levita. Sig+num Raimundi levita. Sig+num+ Petri levita. Senredi presbiteri (*senyal*). Sig+num Petri Arberti Poncii. Sig+num Arnalli Sabater. Sig+num Guillelmi Sabater filii eius. S+ignum Guillelmi, Barchinonensis episcopi +. (*Senyal*) Mironis iudicis.

Sig+num Arnalli presbiteri, vicarii iudicis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. qchestiis *al text.*
2. *Manca.*
3. *Segueix reverteretur, expuntuat.*

1085

1161, gener, 19

Concòrdia. *Sança, muller d'Assalid, dóna a Galindo Garcés de Besens la potestat del solar que Assalid havia fet dins de l'heretat de Galindo, en els termes del castell de Gudel. Acorden que mentre Sança i els seus fills tindran el castell de Gudel, Galindo Garcés podrà guerrear des d'ell contra tothom menys contra el rei d'Aragó. Acorden, també, que si Galindo Garcés i els seus obtenien la potestat del castell de Gudel, Sança i els seus en podran treure tots els seus béns i tenir un home i una dona que guardin les seves cases. A canvi, Galindo Garcés dóna a Sança i als seus, en feu, el castell de Gudel i retira totes les queixes que tenia contra Assalid i els seus.*

- A ACA, Cancellaria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 353 (*olim* arm. 23 Templers, sac F, núm. 320), 237 × 229. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta a la part central del pergami.
- A' [Original no localitzat.]

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 99.

In nomine Domini. Hec est carta concordie et diffinitionis que facta est inter Galin Garcez de Besens et filios suos, et inter uxorem de Assalid, nomine Sancia, et filios suos, per se et per cuncta generatio et posteritas sua, de ipso soler quod fecit Assalid in hereditate sua, infra terminos castrum Gudel. Donat potestatem una vice uxor de Assalid ad Galin Garcez de ipso soler in tali convenientia ne amplius donet potestatem illa domna nec filii sui ad Galin Garcez nec ad filios suos neque ad generationem et ad posteritatem suam. Et quandiu ipsa domina vel posteritas sua tenuerint ipsum castrum de Gudel, Galin Garcez et posteritas sua possint guerram facere contra totos homines de ipso soler, excepto seniore regni Aragonis. Et per fidem, sine enganno, Galin Garcez caveat ne minus valeat ipsum solarium per se vel per suos, sed defendat eum contra totos homines secundum suum posse, excepto principe terre. Hoc totum iurat Galin Garcez super crucem et IIII^{or} Evangelia ad uxorem de Assalid et ad filios suos et ad posteritatem suam; et recipit ominium eorum ut quandiu Galin Garcez et filii sui et posteritas sua vel generatio sua tenuerint ipsum castrum de Gudel, teneant et servent per se et per suos quod superius scriptum est per fidem, sine ullo malo ingenio. Et ille filius de Galin Garcez vel generatio sua vel posteritas sua qui tenuerint castrum de Gudel similiter iurent hoc sacramentum quod Galin Garcez fecit. Et uxor de Assalid et filius eius Assalid iurant similiter ad Galin Garcez et ad filios suos et ad posteritatem suam et faciunt ei ominium ne faciant contra eos guerram de ipso solario. Et si minusvenerit de Assalid, ille qui tenuerit castrum de Gudel similiter faciat hoc sacramentum. Et si Galin Garcez vel filii sui acciperent potestatem de ipso castro de Gudel, uxor de Assalid et filii sui extrahant de ipso solario omnem panem et vinum et carnem et cibariam et arma, nisi tantum ut unus homo et una femina possint ibi vivere qui custodiant ipsas domos; cetera vasa lignea remaneant. Et quando Galin Garcez voluerit potestatem habere de ipso castro de Gudel, uxor de Assalid et filii sui non mitant in solario escumbero de ipso castello. Hoc totum quod superius scriptum est, per iuramentum et ominium factum est et confirmatum in manu domni Guillelmi, Ylerdensis episcopi, et Petro de Girberti et Poncio de

Eril et Bernardo de Beranui et Bernardo de Medietate et Petro de Cornutella et fratri suo Bertrando ut teneatur et servetur ex utraque parte per fidem, sine ullo malo ingenio. Et Galin Garcez donat per se et per suos, per fevum, ad uxorem de Assalid et ad filios suos et ad posteritatem eorum ipsum castrum de Gudel cum suis pertinentiis, sicut Garcia Arcez dedit ad Girbert Arnall et ad filium suum Girbert. Et quando Galin Garcez vel filii sui vel posteritas eorum voluerint habere potestatem de ipso castro de Gudel, donent illis, irati et paccati, potestatem, per fidem, sine malo ingenio. Et si aliqua discordia veniret inter Galin Garcez et filios suos et uxorem de Assalid et filios suos vel inter generationes et posteritates eorum de ipso solarario, non possint se desfidare nec acuindare, sed ipsum solarium [semper] sit ex utraque parte in treba et in pace. Et ipse filius de Assalid vel de generatione et posteritate eorum qui tenuerint castrum de Gudel teneant ipsum solarium. Et Galin Garcez per se et per suam¹ posteritatem facit finem de omnibus querimoniis quas habebant de Assalid et de fratri suo Ledos et de uxorem de Assalid et de filiis suis et de suis hominibus, per fidem, sine ullo malo ingenio. Et est manifestum.

Facta ista carta diffinicionis XIII^o kalendas februarii, anno Dominice Incarnationis C^oLX^oI^o post millesimum. Regnante Raimundo Berengarii, Barchinonensium comite princepsque regni Aragonis et marchio Ylerde et Dertose.²

Sig+num Galin Garcez, Sig+num Petrus filius eius, Sig+num Arnallus filius eius, Sig+num domna Sançia, Sig+num Assalid filius eius, Sig+num Arnall filius eius, qui hanc cartam diffinicionis rogaverunt scribere et testes firmare et suas signas propriis manibus firmaverunt.

Sig+num Roger de Montaniana, Sig+num Bernardus Gauzerandi, Sig+num Gomballus de Siscare, Sig+num Pontius de Calvera, testes sunt.

Ego Ermengaudus diachonus hanc cartam scripsi et hoc signum³ feci, die et anno quo supra.

1. u *corregeix* s. 2. Facta ista carta diffinicionis... et marchio Ylerde et Dertose escrit al text abans de la clausura del rogatari. 3. Entre g i n, espai en blanc deixat expressament per a posar el senyal.

1161 febrer. Setge de Baus

Debitori. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, reconeix deure a Guillem Leteric sis mil morabatins, que promet pagar abans de la festa de Sant Miquel; posa diversos hostatges com a garantia del pagament.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, apèndix, núm. 9 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac F, núm. 589), 505 × 295 mm. Bon estat de conservació.
 B Còpia coetània. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, apèndix, núm. 9 dupl. (*olim* arm. 2 Barcelona, sac H, núm. 628), 520 × 270 mm. Bon estat de conservació.
 a *CODOIN*, IV, doc. CXXII.
 b *BISSON*, *Fiscal accounts*, doc. 13.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 585, 669. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 65. — PEDEMONTE, *Notes*, p. 113. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 187.

Els dos exemplars, original i còpia, estan cancel·lats, tal com ho indiquen els talls fets a la part central del pergamí.

Sit notum cunctis quod ego Raimundus, comes Barchinonensis et princeps Aragonensis, debitor sum tibi Guillelmo Letarico de VI milia morabetinis bonis aiadinis et lupinis recti ponderis quos convenio tibi vel tuo mandatario qui per tuum bonum eos demandaverit persolvere usque ad festum sancti Michaelis primum venientem. Et hoc convenio tibi vel tuis adtendere et complere sine tuo tuorumque enganno ad tuam noticiam. Et pro istis VI milia morabetinis sunt tibi obsides Trencavellus et domina Ermengardis Narbone et Guillelmus Montis Pessulani, cum omnibus aliis ostaticis et manulevatoribus et tenetoribus quos in Monte Pessulano tibi dedi, sicut in alia tua carta scripti sunt. Et item dono tibi obsides, videlicet Arbertum de Castro Vetulo et Bertrandum de Castelleto et Berengarium de Barchinona. Et ego Albertus de Castro Vetulo iuro et convenio tibi Guillelmo Letarico super IIII^{or} Evangelia quod si dominus comes non paccaret tibi vel tuo mandatario usque ad festum Sancti Michaelis primum venientem, sicut dictum est, hos VI milia morabetinos, ego venirem apud Motem Pessulanum in tuo ostatico, commoniti per te vel per nuncium tuum¹ et inde nullo modo exirem nisi tua licencia donec predicti VI milia morabetini tibi vel tuis persolvantur sine tuo enganno. Et ego Bertrandus de Castelleto iuro similiter. Et ego Berengarius de Barchinona iuro similiter.² Item si me Raimundum comitem antequam predictum debitum tibi persolvatur mori contingerit, mito tibi in pignore meam dominicaturam de Parafrugello cum omnibus expletis et pertinentiis suis et meam dominicaturam de Lagostera cum omnibus expletis

et pertinentiis suis, de quibus recuperes in unoquoque anno ad persolvendum predictum debitum mille morabetinos. Et si aliquid inde minuerit quod predictos mille morabetinos inde pleniter in unoquoque anno recuperare non posses, mito tibi in pignore totas meas exitas de Girunda, tam de lezdis quam de molendinis et de aliis omnibus eximentis, ex quibus recuperes in unoquoque anno quod tibi minuerit de predictis mille morabetinis. Similiter mito tibi in pignore totas meas exitas de Barchinona, de quibus recuperes in unoquoque anno ad persolvendum predictum debitum mille morabetinos. Et hos duo milia morabetinos in unoquoque anno recuperes de predictis pignoribus donec inde VI milia morabetinos recuperatos sine tuo tuorumque enganno habeas.³ Et ego Guillelmus, Barchinonensis episcopus, convenio tibi Guillelmo Letarico quod si forte fortuitu evenerit mori iamdictum comitem antequam tuum avere habeas recuperatum, faciam tibi⁴ et tuis habere et tenere et expletare quiete iamdicta pignora quousque inde VI milia morabetinos vel quantum tibi minuerit de predictis VI milia morabetinis recuperatos habeas, sicut superius scriptum est, per iamdictos terminos. Et ego Guillelmus, Girundensi episcopus, convenio tibi et tuis similiter. Et ego Petrus, Ausonensi episcopus, convenio tibi et tuis similiter. Et ego Iofridus, Rivipollensi abbas, similiter. Et ego Poncius, abbas Sancti Iohannis, similiter. Et ego Bernardus Marcucii similiter. Et ego Guillelmus de Escala similiter. Et ego Guillelmus Catalan similiter. Et ego Guillelmus Raimundi dapifer similiter. Et ego Abraim alfachim similiter. Et ego Saltellus iudeus similiter. Ego vero Raimundus, comes Barchinonensis et princeps Aragonensis, accipio te in Dei fide et mea ut sicut superius scriptum est tibi et tuis adtendatur et adimpleatur sine tuo tuorumque enganno.⁵

Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini millesimo C°LX°T°, in mensis febroarii, in obsidione Baucii.

Huius rei testes sunt: Guillelmus Sancti Felicis, vicarius Carcassone, Bernardus de Cortsavin, Petrus Vetulus de Arzaz, Gisbertus de Arlens, Bernardus Murrut, Airaldus Petit, Iohanes Tropassen, Guillelmus Olrich, Petrus Moret, Bernardus Guillelmi, Eimericus Talador, Iohannes Dolzet.

Signum+ Raimundi comes.

S+ignum Guillelmi*, Barchinonensis episcopi. Guillelmus*, Dei gracia Gerundensis ecclesie episcopus (*senyal*). Petrus*, Ausonensis episcopus (*senyal*). Gaufredus*, abbas Rivippollensis +. Poncius*, abbas Sancti Iohannis +.

Sig+num Bernardi Marcucii. Sig+num Guillelmi de Escala. Sig+num Guillelmi Catalan. Sig+num Arberti de Castro Vetulo. Sig+num Bertrandi de Casteleto. Sig+num Berengarii de Barchinona.

Sig+num Guillelmi Petri scribe, qui preceptum domini comitis hoc scripsit, superpositis literis in X linea et fuis literis in XII linea.⁶

1. commoniti per te vel per nuncium tuum *afegit a la interlínia*. 2. *Segueix* et ego Ermengaudus de Verneto iuro similiter, *raillat*. 3. *B afegeix* Et si aliquid avere ex pairia vel aliquo alio modo mihi vel meis venerit, ut illud totum tibi vel mandatario tuo persolvatur donec totum debitum predictum tibi persolutum et paccatum sit sine inganno. 4. *faciam statim tibi B*. 5. *B afegeix* Et si in medio me mori contingerit, laudo tibi et tuis ut statim accipias predicta pignora cum omnibus expletis que tunc ibi vel in antea fuerint. 6. *superpositis ... in XII linea omet B, que afegeix a continuació*: Sed sciendum est quod predictus comes dedit Guillelmo Leterico X hostaticos et tenedors, scilicet Arnaldus de Lers, Raimundus de Villa de Murs, Guillelmus de Castello Vetulo, Berengarius de Canneto, Bernardus de Corzavins, Guillelmus de Castello Novo, Berengarius Bertrandi, Raimundus de Molnelz, Raimbaldus de Bazellis, Bernardus de Molnelz. Et nos X predicti cognoscimus esse hostaticos et tenedors tibi Guillelmo Leterico et tuis ad tuam tuorumque notitiam apud Montem Pessulanum et inde non discedemus nisi tua dilatione donec totum predictum avere tibi et tuis persolutum sine inganno sit et in tua tuorumque potestate manebimus. Et ita quisque nostrum pro toto constituimus debitores et paccatores ad tuam noticiam de toto avere, sicut in alia carta scriptum est, in qua iuravimus. Manulevatores sunt isti de predictis hostaticis quisque insolidum pro sacramento: Ermengauvus de Leucata, Guillelmus de Peiteus, Petrus Raimundi de Narbona, Raimundus de Salas, Petrus de Fenolletto, Guillelmus de Castello de Rossillone, Ermengauvus de Melgorio, Guillelmus de Arzaz, Petrus Siguerius de Biterris. Et isti sunt manulevatores de predictis X hostaticis et tenetoribus morte et mentimento, et hoc iuraverunt unusquisque pro toto super IIIIor Dei Evangelia. Et de predictis tenetoribus et hostaticis est manulevatrix Ermengardis, vicecomitissa Narbonensis, de morte et mentimento, et hoc plevivit per fidem suam. Et Guillelmus de Durban similiter per fidem suam. Et Willelmus Montis Pessulani similiter per fidem suam. Et Trencavellus similiter per fidem suam. Et Petrus Veteris et Arnaldus de Cerveria firmaverunt de supradictis morabetinis quingentos per sacramentum. Et Guiraldus de Mourimon alios D morabetinos per sacramentum. Et Guillelmus de Alesto reddidit se debitorem de aliis M morabetinis.

1087

1161, març

Carta de poblament. *Hug de Barzalón, mestre del Temple a Hispània, atorga carta de poblament als habitants de Vensilló.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 355 (*olim* arm. 23 Templers, sac A, núm. 51), 193 × 288 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

a FONT RIUS, I, doc. 116.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 705. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 67.

In Dei nomine. Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Ugo de Barzalon, magister domui Templi ex partibus Yspanie, frater et servus, cum consilio et voluntate fratribus nostris, scilicet Petro de Cartelliano et Guillelmi de Sancti Marciali et Raimundi de Caned et aliis fratribus nostris, donatores sumus vobis populatores d·Aviselon, XX probis hominibus, scilicet Bernardo de Coscol et Raimundo fratri tuo et Bernat Revel et Arnalt Ferrer et Guillelmo de Matais et Pere de Mont Palais et Arnalt Compan et Estephania et Petri de Maradas et Bernat Iohanne et Petri Caliu, II hereditates; et Guillelm de Cabestan et Petri de Mirambel et Raimundo Garber et infantibus, Raimundo de Pelagals et Arnalt Pontii et infantibus de Raimundo¹ Coscol et Ermessenda uxor eius et ad proieniei vestre, ipsa turre que vocant Avinselo et alia turre que vocant Aviaquint cum suis pertinentiis, eremum et condirectum, alodios laboratos et eremos, et cum pratis vel pascuis et cum omnia qui ad usum hominis pertinent. Et habent affrontaciones iamdictas turres cum illorum terminis de una parte in terminio d·Avipeleg et in ipso termino de Carra[s]omada, et sic vadit per ipso termino de Cidamon et de ipsa Figuera, de alias partes in termino de Alamuz et in termino de Margaleph. Quantum infra istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic damus vobis et Arnald de Coscol et omni posteritati vestre hec omnia sicut superius est scriptum, cum exiis vel regressiis earum, ad omnes vestras voluntates faciendas in perpetuum, salvos nostros directos; excepto una parelada de alodio que retinuimus in nostro dominio proprio, unde habemus illa aprisiada. Et faciatis² nobis censum per unumquemque annum unusquisque omni tempore I perna de carn de XV denariis de cales currunt in Ylerda et IIII fogazas et I jornal in ipso dominico nostro de Avinselo et I tragin de Avinselo usque ad Ylerda. Et nos retinuimus in ista honore, fratres et domui nostra, los laisius e las exorquias; si parentum non habet, remaneat honorem in domo nostra. Et in ista honore iamdicta non eligatis vos nec vestris alium senioremem nec alium patronum³ nisi nos et successores nostros. Et retinuimus nos donatores estacamenz et dominationes in ista honore quod ibi habere debemus. Et si unus de nobis noluerit tota suam hereditatem vendere vel inpignorare, faciat cum nostro consilio ad vestros similes, exceptis militibus et sanctis. Et si magister iamdictus voluerit dare ad aliis hominibus domos in Avinselo sine alia honore, sine areas, et de ferragenals et de alodio, habeat licentiam.

Acta carta in mense marcii, anno Domini MCLXI.

Sig+num magister Ugo de Barzalon, Sig+num Petri de Carteliani, Sig+num Poncii de Balaguer, Sig+num Guillelmi de Sancti Marcialis, Sig+num Raimundi de Caned, qui hanc cartam scribere iussimus et testes firmare rogavimus.

Sig+num Raimundi Barrufel. Sig+num Petri de Gironda. Sig+num Bernat Revel. Sig+num Raimundi de Coscol.

Sig+num Willelmi de Carcassona, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. R afegida a la interlínia.
2. La segona a corregeix e.
3. u corregeix e.

1088

1162, gener, 3

Establiment. *Ramon i el seu fill Bernat estableixen als esposos Guillellem i Guillema, filla de Ramon, cases, obradors i terres, a Berga, a cens de tres diners per les terres, dues gallines per les cases i una altra pels obradors, a més de l'obligació de pagar la tasca d'una peça de terra al monestir de Sant Pere de Casseres.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 22 d'abril de 1247 fet per Pere de Cocard, com a substitut de Ramon, notari públic de Berga. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 352 (*olim* arm. 10 Manresa, sac A, núm. 90).

Cit. BALARI JOVANY, *Origenes*, p. 673.

Sit¹ notum cunctis quoniam ego Raimundus et filio meo Bernardus donamus tibi Guillelmus et coniugi tue Guillelma, filia de me Raimundus, unam mansionem et duos hobradores quod habemus in villam Berga, cum solo et superposito; et I peciola de terra qui est taschal Sancti Petri de Casseres; et medietate de I molinum que habemus in flumine Medica, que vocant molí d'en Rosseyol, cum omnia sua argumenta quod habere debet et introitibus et exitibus suis; et ipsam tenedonem quod habemus cum Bernardum de Soribes per medium, totum nostrum directum, quomodo tenet de flumine Medica usque in carrera qui pergit ad ecclesia, de III in aladium Sancti Petri, de IIII in² orto de nos donatores; cum ipsa pecia vinearum quod nos habemus inter istos terminos iamdictos, qui est nostra solidamente; et I posam quod habemus in mercadal, prope ipsa de Raimunda, coniux de Matha. Et habet affrontaciones predictam mansionem de II partes in charreras, de

III in mansiones Bernardi Cocardi, de IIII in mansione Geraldo Forta. Et iamdictos hobradors, de II partes in mansiones Guillelmi Pila, de terciã in mansiones Raimundo de Serra, de IIII in mercadã de Berga. Et predicta peciola afrontad de II partes in nos donatores, de III in flumine Aqua Molinos,³ de IIII in iamdictam tenedonem. Hoc totum damus vobis et vestris infantibus quod fiãt creati de vos ambos cum illorum proienie, sine nullo ingenio, ad vestram voluntatem facere, tali modo ut de iamdicto molino et de ipsas pecias qui sunt suptus ripa grossa faciatis census annuatim diners III; et de ipsam tenedonem quam habemus cum Bernardo de Soribes, de supra ripam, reddatis tasca fidelimente ad Petrus de Berga et suis; et de iamdicta mansione faciatis census par I gallinarum; et de iamdictis hobradors, gallina I.

Hactum est hoc III nonas ianuarii, anno XXV regni regis Leovico iunioris.

Sig+num Raimundi, Sig+num Bernardi filii eius, nos qui hoc mandavimus scribere et firmavimus firmarique rogavimus.

Sig+num Petri de Berga. Sig+num Bernardi Cocardi. Sig+num Guillelmi de Pila. Sig+num Clari Villic.

Guillelmus sacer, qui hoc scripsit die et anno quod supra (*senyal*).⁴

1. B *comença*: Hoc est translatum ab originali fideliter sumptum quod sic prosequitur. 2. in *afegit a la interlinia*. 3. *Segueix* de III, *expuntuat*. 4. *Segueix* ra, *sense cancel·lar*. — B *acaba*: Petrus de Coquardo, qui hoc translatum vice Raimundi, scriptoris publici Berge, fideliter translatavit nichilque in eo se cientes variavit nec addidit vel [exaravit] et suum sig(*senyal*)num impressit anno Dominice Incarnationis M CC XLVII die, X kalendas madii. Raimundus, scriptor publicus Berge (*senyal*) subscribo.

1089

1162, març, 12

Establiment. *Llobet i la seva esposa Maria estableixen als esposos Ramon de Boada i Burgesa una peça de terra a Palau-solità, al lloc anomenat Boada, a canvi de la tasca.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 354, 87 × 243 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 280.

Sit notum cunctis hominibus qualiter ego Lobet et uxor mea nomine Maria donatores sumus vobis Raimundi de Buada et uxor tua nomine Burgesa et cuncte proieniei atque posteritati vestre

peciam unam terre. Tali pacto ut bene laboretis et de fructus quod Deus ibi dederit donetis nobis annuatim tascam fideliter. Et est ipsa pecia terre in comitatu Barchinone, in parrochia Sancte Marie de Palacio Salata, in loco que vocant Buada. Et affrontat ipsa terra de parte orientis in rio Calidis, a meridie in alodio Sancti Cucuphatis, et de occiduo in alodio Milicie Templi, a parte vero circi in alodio Sancte Marie de Palacio Salata. Quantum istas IIII^{or} affrontationes includunt et isti termini ambiunt, sic donamus vobis sicut superius scriptum est. Si quis homo vel femina qui contra ista carta venerit ad inrumpendum, nil valeat, sed componat in duplo. Et in antea firma permaneat.

Actum est hoc IIII idus marci, anno XXV regnante rege Leovici iunioris.

Sig+num Lobet, Sig+num Maria, Sig+num Petri filii nostri, nos qui laudamus et firmamus testibusque subscripti firmare rogamus.

Sig+num Petrus Iohanni. Sig+num Iohannes Mulner. Sig+num Petrus Icla.

Raimundus monachus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1090

1162, abril, 24

Venda. *Els esposos Martí i Ermessenda venen a Berenguer, fill de Llobet, la meitat d'un mas a Sant Vicenç de Jonqueres, al lloc anomenat Devesa, pel preu de quatre sous i quatre diners. El mas es té en establiment pel Temple.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 356 (olim núm. 220), 114 × 156 mm. Bon estat de conservació malgrat un petit forat a la part superior.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 568.

Sit notum cunctis quod ego Martinus et coniux mea Ermesen vendimus tibi Berengario, filio Lubet, medietatem illius mansi et totos nostros directos, sicut melius habemus vel habere debemus per donum Militie Templi. Est autem pred[ictus] mansus in comitatu Barchinone, in parrochia Sancti Vincenti de Iuncheres, loco vocitato Devesa. Sic vendimus tibi Berengario, filio Lubet, et tuis supradictum honorem integriter, cum ingressibus et egressibus suis, cum affrontationibus universis, cum terris cultis et incultis et arboribus diversi generis. Salvo iure Militie Templi, vendimus

tibi supradicta omnia et tuis sine omni engan. Accipimus a te pro hac venditione quatuor solidos et IIII denarios.

Actum est hoc VIII^o kalendas mai, anno M^oC^oLX^oII^a Dominice Incarnationis.

Sig+num Martini, Sig+num Ermesen coniugis eius, qui hanc venditionem firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Burgeseꝝ. Sig+num Bone Filię. Sig+num Benencasa. Sig+num Deuslafed.

Sig+num Arnalli leviteꝝ, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1091

[Després de 1162, octubre, 16]

Jurament. *Guillem Ramon II, senescal, Arbert de Castellvell i Guillem, capellà, juren que eren presents quan Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, estant a Borgo Sancto Dalmacio, a la Llobardia, concedí a Hug de Cervelló mil morabatins sobre les rendes de Vilamajor, que el dit Hug tenia ja en penyora per set mil sis-cents sous.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, apèndix, núm. 11, 125 × 265 mm. Bon estat de conservació malgrat la presència d'uns petits forats.

Datem a partir de la mort del comte Ramon Berenguer IV. Encara que aquest document és posterior a l'època que comprèn la nostra edició, pel seu contingut, hem considerat avinent d'incloure-l'hi.

Sit [not]um cunctis et manifestum [quo]d nos videlicet Guillelmus Ra[imun]di et Arbertus de Castro Vetulo et Guillelmus capellanus vidimus et audivimus et presentes fuimus in Lombardia, apud Burgum Sancti D[al]macii, anno ab Incarnacione Domini millesimo sexagesimo, mense augusti,¹ quando dompnus Raimundus venerabilis, comes Barchinonensis et princeps Aragonensis, donavit ac dimisit² Ugoni de Cervi[li]one mille morabitos et mandavit ut hos mille mohabitos haberet in illo pignore de Villa Maiore quod iam supposuerat ei per VII^{tem} milibus solidorum et insuper sexcentis solidis barchinonensis monetę. Precepit etiam nobis supradictis, videlicet Guillelmo Raimundi et Arberto de Castro Vetulo³ quod facerent eum quiete habere, tenere et possidere et expletare supradictum honorem de Villa Maiore donec omnia hec supradicta habet idest soluta atque pacata⁴ integre, sine suo engan. Et sic nos supradicti Guillelmus dapifer, Arbertus de Castro Vetu-

lo, Guillelmus capellanus testificamur verum esse et iuramus per Deum et sacrosancta IIII Evangelia in presencia domini Bernardi, Terrachonensi archiepiscopi, et Guillelmi, Barchinonensi, et Petri, Ausonensi, et Gaufredi, Dertosensi.

1. anno ab Incarnacione Domini millesimo sexagesimo, mense augusti *afegit a la interlínia*. 2. ac dimisit *afegit a la interlínia*. 3. *Segueix* atque Guillelmo capellano, *ratllat*. 4. *Segueix* sunt ei soluta, *ratllat*, i habet idest soluta atque pacata *afegit a la interlínia*.

1092

[1131-1162]

Greuges. *Relació dels béns i drets del comte dels quals s'ha apoderat el seu batlle Tidó.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 4732, 590 × 145 mm (document format per dos pergamins cosits, de 350 × 145 mm i 240 × 135 mm, respectivament). Bon estat de conservació.

Cit. BISSON, *Fiscal accounts*, I, p. 276.

Datem el document pels anys del regiment de Ramon Berenguer IV, atès que la documentació coneguda de Tidó correspon a aquesta època.

Quantum habet et tenet Tidonem in baiulia domini sui comitis, de Roca usque in Castrum Felix, totum ab integrum tene[n]t per fevum Primus et Uget. Et habet de mansso filiorum Guielmi Guilaberti solidos C¹ in cunctis rebus, unde exiebat quartum et brazaticum et media batedura et modo non exit nisi tasccam. Et habuit de Petro de Riba XV² solidos per escugucia; et de Guielmo Petri, LX solidos. Et de domo Rudrig habuit C quarterias inter totos blados. Et habuit unum bovem et unam vacam quod vendebat ad Petrus Berengarii de Vilafranca. Et habuit unam tonam quod vendiderit ad Guiem Pere Lambrot, XX solidos. Et habuit aliam tonam plenam de vinum bonum, et uno cubo bono et optimo et totos cubellos quod Tidonus abet in sua domo. Et habet unam vacam quod vendebat ad Guiem Morages, solidos XX. Et habuit unam vacam quod vendebat ad Guiem Gip cum sua filia. Et prendiderit unum bovem quod Tidonus vendiderit, VII morabetinos in auro. Et habuit unam asinam optimam quod vendiderit ad Alegret de Despuduaia, solidos XXX. Et habuit capras XVIII et ovas VI. Et habuit XII porcus inter grandos et paucos. Et habuit duos cavags et duas reias et duas podadoras et una destral et uno exolo et una callaria et sartagine una. Et habuit guadengas et plumazos et linum et lanam et oleum et carnem salatam et tota

bascula maiora vel minora qui ad casam pertinet. Et prendiderit Tidonus de manso Rudrig de Cabot et suo frater XXXVI solidos. Et habuit de Rudrigo I bovem et VII solidos; et inter Cabot et frater eius, solidos XXXVI; et de Guiem Pere Lambrot, LX solidos; et de Pere Guifre et de sua nora, X solidos; et de Guiem Fabre et filio suo Bernadi Raimundi, XI solidos; et de Ramon de Olmo, VI sod; et de morte Guifredi, sestario Ordei; et de morte Bernardi Beges, I sestario ordei et quarteres III de frumento et quatuor adnas de saral et perna una; et de filiis Bruni, XXIII solidos; et de Berengario Reg, LX solidos per escucucia; et de morte Vidal, VI solidos; et de morte uxoris Custodi, III pernas et una mig. de frumento; et de morte Petri Guadalli, eguam I quod vendiderit ad Berenger Tord, L solidos; et de morte Petri Doi, I vacam cum sua filia quod vendiderit ad Ramon Bernad, XL solidos. Et abet de delitos I bovem quod vendebat ad Benencasa, X solidos. Et abuit unam vacam quod tollebat ad nutrigato de Rudrig; et de Arnalli Iohani, I sestario Ordei; et de morte Petri Magistri, III solidos; et de Ramo[n]³ de Marina et de Bernad Cibot, VIII solidos; et de Guilelmo de Albareda, X sod per unum⁴ campum, unde perdit comes emina X⁵ ordei per unumquemque anum; et de Ramon de Marina, unum cavallum per unam semodiatam terram qui est de domino comiti. Et abuit de Marti de Solaned III solidos. Et habet meliorem pariliatam per fevum, qui est in Villadecans. Et habet ipsum mansum de Bernad Cibot per fevum. Et abet ipsam pariliatam qui est super Gavano per fevum. Et abet ipsum vinum de Sancti Climento et de Viladecans et de Gavano quod Tidonus habet et dispensavit et vendiderit in suas faciendas. Et levavit Tido et habuit ipsas eras sines scriptor ut non reddiderit comte quando comes⁶ comdabit⁷ ab ille ad Terraconam. In primis levavit ipsa era de Gerallo Tort; et alia era de Arnallus Berengarii, et alia era de frumento qui fuit garberam bonam, quod Tidonus abeat donatam ad Primus per fevum; et alia erada de Amad Pere;⁸ et alia era de Pere Bru de frumento unde exierit II sestarios; et alia era de Bertran Eiz,⁹ et alia erada de ipsum manssum de Canadel;¹⁰ et alia era de Guilabert; et alia era de Geral de Pod; et alia era de Iohan Geral; et alia era de Bernad Vives; et alia era de Iohan Gozo; et alia era de Bernad Iohan et de Bertrandus Eiz; et alia era de Pere Domeneg. Et abet de sensum et uxor Guifredi III sestarios Ordei; et de Giem Pere Lambrot, I sestario; et de Guiem de Albareda, II sestarios; et de Pere Domeneg cum suos eredes, III sestarios Et¹¹ abet de Viladecans I k. Et abet de ipsum vinum

quod vendiderit per ipsas eras IIII sestarios et medio. Sciatis vos quod inter Benencasa et Marti Pung auferit Vilam Canibus et Sancti Climento, cu[m]¹² alio onore cum predicto Tidone de domino comitis, preter alias males¹³ factas que unde homines exeunt de honore comitis.

1. Segueix un espai de 5 mm, raspat. 2. XV afegit a la interlínia. 3. Manca.
4. A partir d'aquest punt el text segueix en el segon pergami. 5. X lectura dubtosa, corregit sobre raillat. 6. quando comes escrit a sobre d'una raspadura, amb una altra tinta. 7. Sic. 8. Segueix un espai de 60 mm, raspat. 9. Segueix un espai en blanc entre dos punts. 10. manssum de Canadel escrit a sobre d'una raspadura amb una altra tinta. Segueix un espai de 60 mm, raspat. 11. Segueix ab, sense cancel·lar. 12. Manca. 13. males repetit.

1093

[1137-1162]

Permuta. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, permuta amb Sança i el seu fill Bernat de Bell-lloc unes cases situades al costat de l'era de la Canònica pel vall del Castell Nou de Barcelona amb les cases que hi ha.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 14 (olim arm. 2 Barcelona, sac B, núm. 354), 215 × 225 mm. Bon estat de conservació.

a CODOIN, IV, doc. CXLVIII.

Datem per l'any del casament de Ramon Berenguer IV amb Peronella i pel de la mort del comte.

In Dei nomine. Ego Raimundus, Dei gratia comes Barchinonensis et princeps Aragon[en]sis,¹ excomuto tibi Sancie et filio tuo Bernardo de Bellog illas meas domos que sunt iuxta trilia canonicę quas hucusque tenuit per me Guillelmus tabernarius, unde anuatim tres mancosos persolvebat. Et sicut predictę domus terminantur ab oriente in ipsa tenedone quam Arnallus de Bagnols tenet per comitem, a meridie in orto et tenedone quam Guilelmus tabernarius tenet per comitem, ab occidente in domibus Arnalli ferrarii, quas tenet per comitem, a circio in ipsa platea civitatis. Sic excomuto vobis suprascriptis cum ingressibus et egressibus suis ac de meo iure in vestrum trado dominium et potestatem per proprium et francum alodium ad omnem voluntatem vestram inde perficiendum. Accipio quoque a vobis pro hac iamdicta excomutacione totum ipsum vallum de Castello Novo Barchinone cum omnibus domibus que ibidem sunt. Que domus terminantur ab oriente in domibus que fuerunt cuiusdam iudei Abotaib et in

carrera, et a circio similiter in via qua itur ad portam civitatis, et ab occidente in muro et in curtale iamdicti castris, et a meridie in domibus et in orto quas tenet Petrus clericus. Et ego Raimundus comes iamdictus ero vobis garent contra omnes homines et feminas de predicta excomutacione, sine engan. Si quis autem hoc disrupere temptaverit.

Signum+ Ramun.

Sig+num Guilelmi de Castro Vetulo. Sig+num Arberti, fratris eius. Sig+num Petri Arnalli.

1. *Manca.*

1094

[1139-1162]

Greuges. *Queixes dels homes de Fontrubí contra Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, i els seus vicaris.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3409, 385 × 215 mm. Estat de conservació deficient.

a MIRET, *Pro sermone plebeico*, pp. 109-110 (ed. parcial).

Cit. BISSON, *Fiscal Accounts*, I, pp. 207-208; III, pp. 642-643. — SABATÉ, *Judici*, pp. 134, 137. — BISSON, *L'impuls*, pp. 77, 79, 84, 89, 90, 91. — BISSON, *Veus turmentades*, pp. 20-23 i 62-67. — BISSON, *The crisis*, pp. 155, 156, 160, 161, 165, 166.

Document opistògraf, de difícil lectura al dors a causa de l'esvaniment de la tinta. Datem d'acord amb la proposta de Bisson.

Conqueritur homines de Fonte Rubea. In primis de ipsum comite, qui est nostrum seniozem meliozem, de usaticos que abet missos super nos que non abemus unquam in vita de suum patrem, de questas que fecit nobis de ordeis et de forment et de diners. Conquerimus ipsos vikarios que faciunt nobis magnas forces et toltas et tollent nobis ipsum ordeis et tritici: domna de Midiona sestarios XX, et Raimundi de Barbera sestarios XX, et Berengarii de ipsa Bleda sestarios XX; et tollent nobis porciis et pernas, et moltons et gallines, et vennemia et vinum, et garbes et civades, et¹ non potuimus abere arbores nec ortis. Et unum hominem de Berengarii de ipsa Bleda, Petri de ipsos Archos, fecit nobis magnas forces et magnas toltes, fregit nostras kases et tollit porcis et pernes et gallinas, et fregit nobis nostras tonnas et tollit nobis gallines et ortis et arbores et formagges et ovos; et ligà-nos per goles et pelà-nos ipsas barbes, et hoc que fecit per suum opus; et talent nostras messes apud ipsas corbeles et tollit nostros asinos, unde fecit suos karrigios et ducit suas molas,

et tollit ipsas equas et tenet duos et tres dies ad ipsa Bleda. Et rogamus vos, per Deum et per sua Mater, quare vos estis nostrum meliore seniore, quomodo tornetis nobis in ipsos usaticos que tenuerat² nobis pater vester et avium³ vestrum; et hoc que damus vobis magnum erit vobis gaudium. Et si non potueritis facere, mitatis nobis in vestrum dominicum et retinetis nobis. Et si non volueritis retinere nobis, abeamus vestrum chumiatum. Et per ipsas toltas qui sunt suprascriptas de vestros kastelanos sunt exitos duodecim mennades de homines. Et tollent nobis Petrus Bernardi de Podio nostrum alaudium unde vobis abetis unum porci per censum; et si sumus X^{cem} fratres in unam mansionem, de censum que debemus facere insimilis, quomodo fecit nobis pater noster, tollent ad unumquemque nobis. Domine Raimundi Berengarii comes, omnia hec mala que in ista karta scribuntur sunt rapine et gerratus et forces et toltes que Raimundus de Barbera et Berengarius de Bleda, et Petrus Bernardi de Podio Albari et domina de Midiona et suis hominis, qui faciunt nobis hec mala et, o domine comes, si non feceris ad nos rederger, discite ad nos ut eamus nostram viam. Et alia vice in hoc mense augusti tollit Berengarii de ipsa Bleda ad unum vestrum hominem, Raimundi Marti⁴ et Berengarii, suo genere, unum bovum et sestarios unum orde; et suum sago Petri de Archos abet grandem malum factum ad nostrum corpus et postea tollit nobis suo seniori hoc quod est suprascriptum iniustament. Et malum que fecit nobis suo homine⁵ abet in Fonte Rubea ipsum malum que illum fecit ad nos nec ad illos totos que sunt in Fonte Rubea; et ad Raimundi Marti, qui est suprascriptum, quando abuerit tolt prescriptum bovum, postea tollit quatuor solidos de diners. Et ipsum hominem qui est suprascriptum, Petri de Archos, nunc de novo tollit nostros asinos, unde fecit suam fortezam villam Arnalli Berengarii de Bleda et tenerunt ipsos estrads et ipsas soges et saccos; et propter hoc fregit nostras kassas et pelavit nostras barbas et tollit nostras brages. Et Petri Bernardi de Podio Albar abet duos homines dechadutos per vestra honore que tollent suos homines nobis. Et ipsum sanctum diem Pasche Domini venit Petri de Archos ad ipsa Turre et tollit ad Arnalli Raimundo, quando ad ipsa ecclesia, tollit per duos oves perna I. Clamam-nos de Berengario de Midiona de nostros asinos que tollent et tira sua ad Midiona ad suas casas; et tollent nostros asinos alia vice et tirant suas molas de Barchinona et tenit asinos III septima[na].⁶ Et alia vice venit Berengarius de Midiona et tollit nostros asinos et facit suos karrigios ad Tortosa

et tenit XV dies. Et alia vice facit nos Berengarius de Midiona estachar de dret et mena'ns-hen de tale guisa que n[os] ne dekad. Clamam-nos de Berengarius de ipsa Bleda malum que facit ad nos et convenit nobis que se'n⁷ redergeria ad nos et non facit. Clamam-nos de Berengario de Bleda que convenit nobis del seu fur Petri de Archos que gitarria de ipsa honore et non facit; et⁸ per unum malum que fadia, ladons fa-an-hen⁹ ara X. Clamam de donna de Midiona de malum que facit. Clam de Raimundi de Barbera de mal que facit. Clam de Giam de Aquilone de malum que facit. Clam de Berengario de Bleda¹⁰ [de]¹¹ malum que facit. Clam de Berenger de Midiona [de]¹² malum que facit. Clam de Raimon Bermon de malum que facit. Clam de Petri Raimundi de malum que facit. O domine Raimundi comite, declara in causa super nos, per tua merced, que grandus malum est scriptum in ipsa karta; et tu domine dona ad nos terra que habitabi[mus] ut simus tuus.¹³

Clamamus nos de Berengarii de ipsa Bleda, quando accepit uxorem abstulit unicuique nostrum pernam una. Et alia vice abstulit nobis unum [...] ¹⁴ et duxit nostras oves ad ipsa Bleda et postea iussit eas reddere semi vivas. Et venit noviter et abstulit oves et fregit curtes, et verberavit nuntios et ac[cepit] oves ad suam voluntate, et rapit nostros asinos [...] ¹⁵ et frangit iuga et duxit eos duobus vices in hoc anno ad molas et ad alios tragins co[...] ¹⁶ die, et rapit nostras equas et terit suas messes, et occidit eas fame et prestavit eas qui vult, et fe[cit...] ¹⁷ et fecit ibi r[...] siones¹⁸ ante ostium ecclesie et clausit et fecit¹⁹ stare ecclesia, ita ut nemo potest introire nisi per [...] ²⁰ onore sua et abitad ibi in area. Fregit sacraria et dicit suum directum esse, et dat qui vult et aufert pauperibus, et [...] ²¹ gallinas, et caseos et ova, et ortos et arbores, et rapuit nostro sacerdote sestarios I ordei strenuum ut decimum [...] ²² eius, et verberavit suum clericum cum suis sarracenis. Et in hoc anno rapuit nobis ra[...] ²³ libus²³ carnes; et in mense madi abstulit nobis molinis et non vult accipere ques[ta] ²⁴ sicut et vos et [...] ²⁵ et dicte. Item conquerite com[...] ²⁶ hoc facio et [faciam] vobis per ius sicut de mora chuc et propter hoc, quia non est qui defendat, facit ducere nobis nostras equas ad suam aream, et ipso die non vadit mittere in area et mittit eas in curte et facit eas perire de fame sequente illo. Venit Berengarius de Midiona et facit nobis similiter, dischioperit casas et faciunt nobis intui [...] ²⁷ n[...] ²⁸ bilia²⁸ [...] ²⁹ ad primum de domina Midione, que non vult accipere questam ordei nec tritici quantum vos que [...] ³⁰ in ipse messium, set in medio anno, et accipit duplicatum et [...] ³¹

Arnalli de Guardiola suos homo hanc cum [...]nel³² unde pu[r]-gat ordeum et triticum et ducit mensura et non vult accipere ad mensuram Granate, sed ad suam [...]³³ verberant omines et fregit domos nostras sicut ditius et stude verberavit illum etenim inde duo homines [...]³⁴ et misit eos in carcere; et Prebert tenuit cartam clam et ille respondit certum stare per comite quam per anum pet; et accipit nostros asinos et frangit iuga et ducit eos usque Vicco; et ibi perdidimus eos et aufert nobis per unumquemque annum tribus vicibus ordeum et triticum [...]³⁵ et pernes et galines, et caseos et ova, [...]³⁶ nomine [...].³⁷

Hoc facit isto homin Arnalli de Guardiola per ista domina. Hec est innumerabilia mala et sicut ita faciunt sic faciunt alios castellanos [...]³⁸ de nostre in pietatem tuam ut succuritis et adiuves nos de istis malis et de aliis quibus reicere non possumus; et si facere non potueris, da-nos terra ubi vivamus quia noster senior naturalis es, ideo a te se[rvire]³⁹ nolimus.

1. Segueix un traç vertical, probablement el traç vertical d'una p. 2. a corregeix i. 3. avium al text. 4. r corregeix s. 5. homimines al text. 6. Manca. 7. se'n afegit a la interlínia. 8. et afegit a la interlínia. 9. En lloc de fa-ens-en. 10. a corregeix p. 11. Manca. 12. Manca. 13. A partir d'aquest punt el text segueix al dors del pergami, escrit per la mateixa mà, però amb dificultats de lectura a causa de l'esvaniment de la tinta. 14. Espai d'aproximadament quatre lletres, il·legible. 15. Espai d'aproximadament tres lletres, il·legible. 16. Espai d'aproximadament dues lletres, il·legible. 17. Espai de 55 mm, il·legible. 18. Espai de 30 mm, il·legible. 19. ecit afegit a la interlínia. 20. Espai de 60 mm, il·legible. 21. Espai de 40 mm, il·legible. 22. Espai de 70 mm, il·legible. 23. Espai de 20 mm, il·legible. 24. Espai d'aproximadament tres lletres, il·legible. 25. Espai d'aproximadament nou lletres, il·legible. 26. Espai d'aproximadament tres lletres, il·legible. 27. Espai d'aproximadament tres lletres, il·legible. 28. Espai d'aproximadament tres lletres, il·legible. 29. Espai d'aproximadament tres lletres, il·legible. 30. Espai de 45 mm, il·legible. 31. Espai d'aproximadament quatre lletres, il·legible. 32. Espai de 55 mm, il·legible. 33. Espai de 65 mm, il·legible. 34. Espai de 45 mm, il·legible. 35. Espai de 45 mm, il·legible. 36. Espai d'aproximadament quatre lletres, il·legible. 37. Espai d'aproximadament vuit lletres, il·legible. 38. Espai d'aproximadament tres lletres, il·legible. 39. servire lectura dubtosa.

1095

[1146-1162]

Carta. *Ramon de Molnells escriu a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, amb relació al salí de Tarascó i al comerç de sal de Montpeller.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 24, 70 × 140 mm. Bon estat de conservació.
a CODOIN, IV, doc. CLVI.

Datem per l'any de l'homenatge dels barons a Ramon Berenguer IV, fet a Tarascó, i pel de la mort del comte.

Raimundo Berengario, comiti Barchinone, principi Aragonis, Raimundus de Molnellis, salutem. Sciatis quod salnaria de Tarascone est multum peiorata propter salnariam que fit ad Berram et ad Sallonem et ad cetera loca vestre terre. Mandate ergo si placet ut nullus sit facere salnariam nec emere salem nisi de vestro sale aput Tarasconem et mandate similiter et ex precepto vestro dicite ut nullus sit deferre salem per mare aput Montem Pessulanum nec in aliquo loco nisi vestrum salem et ita bona erit vestra salnaria aput Montem Pessulanum, aliter enim non multum valeret. Totum salem inimicorum vestrorum usque ad hanc diem ego accepi et [est faes] cum salis amicorum vestrorum, id est terciam partem. Nunc vero novi consules super hoc contra vos nituntur et elaborant ne habeatis et inde vobis proclamationem facere volunt dicentes iudeos et ceteros esse in consulatu. Vos autem ut discretus eis respondete et nullo modo adquiescatis verbo eorum. Si etenim feceritis ut ipsi voluerint, omnem salnariam vestram et omne lucrum de sale perdidistis. Aliter autem nunquam tantum expendetis in Provincia quantum lucrabimini de sale. Ultima die iouis iulii fuit expensa omnis civata vestra. De his autem, litteris apertis vestram voluntatem mihi cito mandate.

1096

[1153-1162]

Sentència. *La cúria comtal sentència sobre les queixes mútues de Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, i Guillem Ramon II, senescal, respecte a la jurisdicció i als drets respectius a la ciutat de Tortosa.*

- A [Original no localitzat.]
 B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 457.]
 C Còpia de la primera meitat del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 13 (*olim* arm. 14 Tortosa, sac B, núm. 96), 570 × 330 mm. Estat de conservació regular.
 D Còpia parcial de la primera meitat del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 13 dupl. bis (*olim* arm. 1 Catalunya, sac D, núm. 439), 100 × 340 mm. Bon estat de conservació.
 E Trasllat del 15 d'octubre de 1272. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 13 dupl. b (*olim* arm. 14 Tortosa, sac E, núm. 193), 780 × 415 mm. Bon estat de conservació.

- F* Còpia coetània del trasllat anterior. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 189c (*olim* arm. 14 Tortosa, sac E, núm. 178), 438 × 627 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.
- a* *CODOIN*, IV, docs. LI (b) ex *F* i CXLVII ex *C*.
- b* MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 464.

Datem el document entre l'any de l'adquisició feta pel comte de la part dels genovesos i el de la mort de Ramon Berenguer IV.

La còpia *F* està cosida per la part superior a un altre pergami. Vegeu el document núm. 852. El trasllat *E* copia també el document núm. 852. La còpia *D* conté únicament la segona part del document.

Conquestus¹ est Guillelmus Raimundus, dapiferus, de domino suo comite pro eo quod sibi terciam partem civitatis Dertose, sicut in carta donationis quam ei exinde fecerat continebatur, non tradebat. Comes vero terciam partem eius porcionis quam eum contingebat ei se tradiisse ex integro aseverabat, illius autem porcionis quam ianuenses in predicta civitate sed fratres milicie Templi, suo consilio ac voluntate, adquisierant, ei partem donare nec debuit nec etiam, si tunc voluisse, potuit. Guillelmus Raimundus ad hec respondebat se in parte ienuencium nil querere, set tantum terciam partem Dertosse sicut in sua carta continebatur, quiquid enim comes aliis in ea civitate dederat seu fecerat adhuc tantum in sua potestate habebat quod ei terciam partem adimplere poterat. Comes se nichil ienuensibus dedisse, sed ipse per se ipsam suam partem expugnasse et excepisse ac sic sua actoritate possedise monstrabat ac propterea se de eorum porcionem non teneri dicebat, tum quia eius consilio ac voluntate factum est, tum quia eius partis que ad eum pervenerat mini [me]² eius dolo vel fraude, culpa seu negligencia, factum est. Quominus pervenit partem sibi donare nec debuit nec potuit. Hoc idem de parte quinta Templariorum asseverabat, ea scilicet ratione quia si quod diximus eiusdem Guillelmi Raimundi consilio ac voluntate concessio eiusdem quinte partis predictis templariis facta est in carta concessiois que ipsis templariis facta est, ipse firmavit; ianuentibus vero non solum cartam convenientie quam ipsi et eodem Guillelmo Raimundo mediante, super hoc facta est sua manu firmavit set etiam iure iurando corporaliter prestito predictam convenientiam viva voce corroboravit. Tandem, rationibus hinc inde diligenter auditis et intellectis necnon et ipsa carta multociens per litera, iudicavit Barch[ino]nensis³ curia quia eius solum modo porcionis quam ad eum pervenerat ei terciam partem donare debebat de omnibus scilicet eximentis, sicut in sua carta continebatur; de ceteris vero partibus, comite nullo modo teneri, quia eius cum par-

tem quod in sua potestatem pervenit donare potuit, non etiam eius quod nunquam habuit vel possedit. Cumque de eximentis inter eos questio verteretur, predictus enim Guillelmus Raimundus terciam partem et omnium fructuum, qui cultura et cura habitatorum Dertosse perveniebant, inter eximenta computabat; difinivit predicta curia ea tantum eximenta recte appellari que ad ius propinca et fiscum regis pertinent sive eam in leudis, questiis, placitis seu aliis quibuscumque usaticis sive etiam terris, vineis, ortis consistant. Fructus autem hereditatum eorum qui in civitate habitant sive habitaturi clerici sint sive milites sive burgences, nullo modo inter eximenta computari, precipue quia ipse in eis senioraticum vel adempamentum et mandatum habet districtum; de hereditatibus vero alienorum qui non habitant in civitate nec eius consilio seu voluntate date sunt, debet ei comes emendam facere. Dicebat insuper predictus Guillelmus Raimundus quod dominus comes, quando tradidit ei illam terciam partem quam modo habet in Dertossa, tunc promissit ei se daturum etiam terciam et senioraticum illius partis quam ienuentes habebant, si posset eam aliquo tempore a ienuentibus habere, emptionem vel permutationem set quolibet alio modo; dicebat etiam quod de hoc receperat eum comes in suo causimento. Comes vero hoc se fecisse negabat. Iudicavit ergo curia quod si Guillelmus Raimundus posset hoc legitimis testibus comprobare, attendat ei comes et adimpleat predictam convenientiam sicut eius testes potuerint comprobare vel causimentum inde accipiant, si hoc testes probaverint. Preterea conquestus est predictus Guillelmus Raimundus quia dominus comes estacamentum eidem militibus seu peditibus quorum in Dertossa tenebat non consedebat et sic senioraticum quod ei donaverat, auferebat. Comes respondebat nullum senioraticum ei in sua familia nec dedisse nec recognoscere. Iudicavit ergo predicta curia quod si familia comitis inter se litem aut aliquam contentionem habebat, stacamentum de hoc Guillelmum Raimundum vel eius vicarium non habere set eum tantum qui vicem comitis inter eos tenet; idem erit si aliquis de civibus aliquem familiam placitare voluerit; si vero aliquis de familia cum aliquo de civibus habuerint causam super qualibet re, in manu predicti Guillelmi Raimundi vel eius vicarii firmabunt directum et placitabunt. Preterea conquestus est quod comes, ea occasione illius tercie partis ienuentium, quosdam honores emparaverat. Iudicavit curiam dominum comitem illas honores ei desemparare et omnia in eo statu esse debere in quo erant quando predicta pars ad manus

comitis pervenit, et deinceps omnia secundum eorum cartas tenet expediri. Preterea conquestus est de quodam molendino quod dominus comes in terra comuni fieri mandaverat, in quem partem suam amitebat. Comes se id iure facere propter consuetudinem sue regionis existimabat. Diffinivit curia Guillelmo Raimundo in eo molendino partem, secundum quod eum contingebat, habere debere si expensas facere vellet. Conquestus etiam est de quodam placito, de quo ei dominus comes suam partem abstulerat. Comes, quendam ex illis qui causam inter se habuerant in parte ienuencium, in quam nullum senioraticum habebat, domicilium habere dicebat; et ideo de hoc ei partem dare nolebat. Diffinivit curia comitem de hoc placito ei partem suam integram dare debere, pro eo quia Guillelmus Raimundus illud placitum estacaverat, placitaverat, iudicaverat et in presencia ipsius comitis tractaverat; in ceteris vero placitis, iuxta quod in earum cartis habetur cuncta fideliter observari. Conquestus insuper est quia dominus comes, de questis quas iudeis ac sarracenis fecerat, suam partem ei dare nolebat. Comes vero se nichil iudeis seu sarracenis quessisse dicebat, sed pecuniam ab eis manullevasse quam, usque ad statutum inter eos terminum, datis fideiussoribus, eis seu redditum promiserat. Super hoc curia iudicavit quod si comes usque ad illum terminum eam pecuniam iudeis ac sarracenis redisset, quia de suis manuleutis partem enim alicui facere non dicebat nec iustam erat, nichil exinde predicto Guillelmo Raimundo dare deberet. Sin autem, quia videmus hoc questiam esse quecumque nomine ipse eam appelletur debet exinde partem suam ei donare. Insuper conquestus est de salmedina, quem ipse consilio hominum comitis elegerat et eo eiecto alium sine eius consilio eligeri preceperat. Comes cartam quam eis consilio ac voluntate ienuencium et ipsius Guillelmi Raimundi fecerat proclamabat. Unde curia cartam eligere iubet ac omnia secundum eius tenorem ex integro agitari. Conquestus etiam est de almostelaffia, quam comes cuidam burgensi Dertosse comendaverat et de pecunia quam ab eo pro hoc acceperat partem suam minime dabat. Respondebat comes se illi vuc⁴ non tamen almostelafiam Dertosse comendasse set etiam multo maioris terre ac aemplioris, unde propter hoc et quia sua dominicatura est partem ei de ea pecunia dare contendebat. Iudicavit igitur curia quia almostelaffia officium quoddam est quod in civitate utile satis habetur ut comes, de ea parte que a civitate vel eius territorium pertinebat, partem ei procul dubio daret ut, sicut de ea pecunia quam ab ipsis captivis recipitur, partem

suam accipit, ita similiter et de ea quem ipse almostelaff pro almostelafia donat, partem accipiat. Iterum conquestus est quod comes sibi dare partem nolebat de ea pecunia quam ab hominibus Dertosse habuit quia pacem ac treugam fregerant sarracenis. Comes vero ita id totum et ius suum proprium expectare dicebat ac sic totam illam causam suam propriam afirmabat quod nichil unquam exinde alicui hominum dedit nec iuxta consuetudinem sue terre se cuiquam dare credit. Iudicavit propterea curia quia hec malefacta⁵ principi tantum erat facta et ad fidem ipsius pertinebat, quod partem de ea predicto Guillelmo Raimundo dare nullo modo debebat eum, quia sarracenis hanc pecuniam reddere debebat cum quia numquam in tota sua regione partem ex hoc alicui nec ipsi nec patri suo dederant.

Querimonie⁶ autem comitis quas de prefato Guillelmo Raimundo fecit sunt hec: In primis, conquestus est de Guillelmo Raimundo quod ei çudam Dertosse non custodiebat sicut in carta sue donationis resonabat, pro qua guarda sive custodia predictum feudum sive beneficium ei habendum concesserat. Ad hec Guillelmus Raimundus respondebat se nullo modo debere çudam custodire quia in sua carta nichil de custodia sed de guarda dicebatur. Vissa igitur carta ac perlecta, iudicavit Barchinonensis curia quod ipsam çudam procul dubie guardare ac custodire debebat, ea scilicet ratione, quia sicut in carta legebatur, ipsa tenere debebat; tenere autem çudam, hec est, potestatem de ipsa habere rei, ut per ea posset totam civitatem distringere et quocienscumque comes qui ea sibi donaverat ipsam requisieverit, libere possit eam reddere. Conquerebatur ideo comes de predicto Guillelmo Raimundo quia çudam non custodierat usque ad presentem diem que iudicium datum est, unde magnum dampnum habuerat et expensas LX^a milium morabetinorum fecerat prefatus comes pro fallimento scilicet garde quam predictus Guillelmus Raimundus non fecerat. Ad hoc Guillelmus Raimundus respondebat se ideo guardam ipsius çude non fecisse quia nec suam cartam sic intelligebat nec partem suam, quam in ipsa civitate et eius terminis habere debebat, predictus comes ei assignare ac manifeste monstrare vel tradere nolebat nec ad iudicium seu laudamentum sue curie eum adducere vel super hoc ipsum audire nunquam amplius nisi usque modo valuit. Comes vero respondebat quod si unquam aliquam dilationem super hoc fecit, semper eam cum assensu Guillelmi Raimundi fecit et tamen semper intelligebat et credebat que huiusmodi dilacio sibi quidem in comodum et prefato vero Guillelmo Raimundo como-

dum aferebat. Guillelmus Raimundus de hoc respondebat quia huiusmodi acensus magis fuit coactus quam spontaneus et semper huic dilatione respondebat necessitate quam ex voluntate acensum prebuit, sicut solent homines suis dominis postquam indignent eorum voluntates de aliqua re etiam nominari consentire. Propter hoc, iudicavit curia predicta quod si Guillelmus Raimundus posset legitimis testibus ea que dicebat comprobare, videlicet quod in domino suo comite supradictam fatigam fecisset ipsum. Et sibi comes supradictus expensas sexsaginta milium aureorum et etiam illud incomodum quod sibi evenisse dicebat, quia propterea, quia Guillelmus Raimundus ipsam çudam non custodierat, quoniam ille acensus non debet esse in aliquo Guillelmus Raimundus dampnosus, quia videmus quod magis fuit districtus quam voluntas, quia cognoscimus, quod comes in mora fuit et mora semper ad se periculum trait. Si vero non potuerit hoc probare, stet de hoc ad mercedem ipsius comitis et emendet ei tantum de suis de guarda quam facere debebat, hoc est, de duabus partibus ipsius çude minus quinto. De cetero autem, faciat ita guardam ipsius çude predictus Guillelmus Raimundus sicut convenit inter ipsum et comitem et in carta donationis ressonat, scilicet, ut teneat et guardet ipsam çudam eo videlicet et tenere, ut quod hac tercia parte duarum parcium minus quinta quam modo ibi habet et habere debet. Et comes ei concedet, faciat guardam duarum partium similiter minus quinta, quod pro hac guarda hoc beneficium seu feudum creditur accepisse. Similiter, faciat guardam illius tercie partis a comite conedi⁷ quocumque modo vel ratione. Conquestus est etiam dominus comes de predicto Guillelmo Raimundo dicens quod homines sui interfecerant quendam sarracenum, ipsum scilicet çalmedina, et hoc fecerunt per invidiam et malam voluntatem, videlicet ut ipse comes amiteretur sua iura. Guillelmus Raimundus respondit que ipse non fecit hoc nec sui homines, set Poncius Bernardi de Bello Loco, qui propter iusticiam et iudicium ipsius alcayt de Dertossa fecit capite truncari; et Bernardus de Bello Loco, qui presens erat in ipso placito, hoc confitebatur. Propterea iudicavit curia quod si Guillelmus Raimundus vel idem Bergnardus de Bello Loco potuerit hoc testibus aprobare, videlicet et quod propter iudicium alcayt sit interfectus, huiusmodi mors nullatenus a comite requiratur. Sin autem, faciat idem Bernardus de Bello Loco id quod comes preceperit, quia ipso confessus est in plena curia, s[e]⁸ huiusmodi factum perpetrasse. Propterea dominus comes conquestus est de Guillelmo Raimundo pro eo quod ipse et sui graves iniurias minas

baiulis suis et saionibus intulerant, insuper eos verberaverant et propter huiusmodi minas et timorem amitebat comes suas iusticias et directos in civitate. Guillelmus Raimundus respondebat se nunquam baiulis suis vel saionibus aliquid supradictorum fecisse, nec ipse nec homo suus se scienter, et dicebat quia erat paratus in duplum vel in quadruplum esmendare si de hiis in aliquo foret comprobatus. Iudicavit igitur curia quod si potuerit comes sua dicta testibus aprobare, videlicet ut propter minas seu timorem Guillelmi Raimundi dampnum aliquid quoquo modo habuisset, emmendet ei hoc totum Guillelmus Raimundus sicut fuerit aprobatum. Similiter omnes malefactas quas ipsi baiuli vel saiones potuerint aprobare; quod si Guillelmus Raimundus graves minas propter directos et iusticias ipsius comitis alicui fecit, emendet idem ei deshonorem cui iniuriam intulit et etiam principi, quia pro certo deshonorem facit principi qui aliquem de suis officialibus iniuste et per superbiam tali modo minatur. Insuper dominus comes querimoniam fecit de Guillelmo Raimundo quoniam novos usaticos ac novas consuetudines mississet in civitate Dertusse, videlicet iovas, traginis et quia accipiebat gallinas a sarracenis quibusdam temporibus in anno et quia distringebat ipsos sarracenos suas naves ac molendinos ducere per flumen inferius et superius usque ad Ilerdam; et de aliis maliciis superfactis conquerebatur comes, que omnia scripta hostendebat. Ad hoc Guillelmus Raimundus respondebat se nullos novos usaticos in civitate mississe, set eos tantum quod sui baiuli ibi possuerant et acceperant et in bonis hominibus peius faciebat suus baiulus quam alius homo. Dicebat tamen quod ex illis usaticis quosdam habuerint ipsi sarraceni eo tempore quando çudam tenebat, videlicet gallinas et lignam et quedam alia. Comes autem respondebat quia nulli usatici vel nova establimenta debuerat poni umquam set miti in civitate ab aliquo sine consilio aut voluntate, sive fuissent ibi tempore sarracenorum sive non.⁹

1. E i F *comencen*: He sunt transllata sumpta fideliter de quibusdam instrumentis in registro domini regis contentis cuius tenor talis est. 2. *Segueix un espai de cinc lletres, aproximadament, il·legible a causa de l'esvaniment de la tinta.* 3. *Manca.* 4. Sic. 5. *m corregeix un traç anterior.* 6. *La còpia D s'inicia en aquest punt.* 7. Sic. 8. *Manca.* 9. E i F *acaben*: Sig(*signe*)num Bernardi de Cadireta, notarii publici Barchinone, qui hoc transllata sumpta fideliter de verbo ad verbum a registro domini regis fideliter comprobavit et in eisdem pro teste subscripsit. Sig(*signe*)num Petri de Ribalta, notarii publici Barchinone, qui hec transllata sumpta fideliter de verbo ad verbum a registro domini regis fideliter comprobavit et in eisdem pro teste subscripsit. Signum (*signe*) Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui hec translata sumpta fideliter de verbo ad verbum a registro domini regis transcribi fecit et etiam comprobavit, cum literis prepositis in tertia linea secundi translatti Christi subsequentis

et in linea octava, et etiam appositis in dua linea istius conclusionis, idus octobris, anno Domini M^oCC^oLXX^o secundo.

1097

[1153-1162]

Sentència. *Els jutges nomenats per Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, dirimeixen diverses queixes entre aquest i Bernat I d'Anglesola i el seu germà Berenguer.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 11 (*olim* arm. 13 Cervera, sac B, núm. 120), 350 × 120 mm. Bon estat de conservació.

a CODOIN, IV, doc. CXLV.

b SABATÉ, *Judici*, pp. 141-142.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 453. — KOSTO, *Making agreements*, p. 278.

Datem per l'any d'accés de Pere de Torroja al bisbat de Saragossa i pel de la mort de Ramon Berenguer IV.

Hoc est iudicium datum inter dompnum Raimundum, comitem Barchinonensem, principem Aragonensem, et Bernardum de Anglerola de controversiis que inter eos agitabantur, apud Barchinonam, a venerabili Bernardo, Terrachonensi archiepiscopo, atque Guilelmo, Barchinonensi, ac Petro, Ausonensi, necnon et Petro, Cesaraugustano episcopis, et Ugone de Cervilione ac Borrello, gerundensi iudice, et Guilelmo dapifero atque Guilelmo de Castro Vetulo et fratre suo Arberto et Arnallo de Lercio et Raimundo de Villa Murorum atque Guilelmo de Cervera et Gerallo de Iorba. Primum, conquestus est comes iamdictus quod Bernardus de Anglerola invaserat et per invasionem tenebat multos honores in illis partibus inter Ilerdam et Anglerolam, quos ipse comes, divina¹ gratia auxiliante, a sarracenis adquisierat, quos comes iamdictus nunquam ei dederat.² Ad quod respondit Bernardus quod predictos honores habebat per adquisicionem et donum quod p[ar]entes sui fecerant per scripturam ab atavo predicti comitis, scilicet Raimundo Berengarii Vetulo. Ad quod respondit comes quod atavus eius nec donacionem illam fecerat aut si fecisset illa donacio non valebat nisi ipse eam aprobaret tum quia nunquam parentes Bernardi illam donacionem possederant aut in donatoris potestate nunquam illa donacio fuerat. Multis hinc inde dictis et auditis rationibus, iudices supradicti noluerunt de causa procedere donec scriptura donacionis deduceretur in medium, quam ilico adiudicaverunt ostendi. Quam scripturam Bernardus dixit se ibi non habere set ostenderet eam si comes ei diem statueret. Quam

diem comes noluit ei statuere quia dixit quod eo tempore quo statuit ei diem agitando causam apud Barchinonam precepit ei ut munitus omnibus auctoritatibus et rationibus suis ad placitum veniret. Quod Bernardus se intellexisse negavit. Et ideo iudicaverunt iudices supradicti quod, si comes testibus posset ostendere quod hanc preceptionem ei fecisset vel scripturam ostenderet aut quiquid dampni in dilacione ostendendę scripturę comes sustinebat, iamdictus Bernardus ei restitueret. Si vero comes in probacione defecerit, iudicaverunt quod propria manu iuret Bernardus se non intellexisse comitem sibi precepisse ut prephatam scripturam aferret. Iterum conquestus est comes super Bernardum iamdictum quod ipse terminos amplissimos acceperat ad illam turrem que dicitur Alcholeia, quos nec ipse dederat ei vel patri suo. Ad hoc respondit Bernardus quod illam turrem cum iamdictis terminis pater suus ab eo per suum fevum adquisierat. Predicti vero iudices interrogaverunt Bernardum si quod dicebat per scripturam ostendere posset, quod se facere posse negavit. Ideoque iudicatum est quod vel testibus patrem suum illam adquisicionem fecisse probaret aut secundum curie consuetudinem monstraret Bernardus hoc adquisisse patrem suum per fevum. Iterum conquestus est comes de Bernardo iamdicto quod acceperat longiores terminos ad castrum Corbins quam continebatur in carta cum qua pater Bernardi predictum castrum adquisivit. Ad hec Bernardus respondit quod comes dederat iamdictum castrum cum predicto Bernardo Milicię Templi et habebat magistrum Milicie dominum suum in hac causa defensorem atque tutorem. Ideoque iudicaverunt ut Bernardus haberet magistrum Milicie Templi qui eum in hoc negocio racionabiliter defenderet aut pro se ipso responderet. Itemque conquestus est comes quod Bernardus et sui proprias oves comitis rapuerat et ovile invaserat et quiquid invenit ibi asportaverat et depredaciones multas hominibus comitis fecerat; et homines sui in publica via transeuntibus et venalia portantibus multa rapuerant; et etiam ipse Bernardus erat multorum debitor tam pro se quam pro fratre suo defuncto Berengario hominibus comitis quibus creditam pecuniam persolvere nolebat. Ad hoc³ Bernardus respondit quod malefacta illa que hominibus Ilerde intulerat ideo fecit quia sui malefactores cum comite Urgelli extiterant. Debita autem que ipse vel frater suus hominibus comitis debebant, illa que ab hominibus comitis vera esse monstrarentur, libere redderet. Si quas vero depredaciones in campo vel in via publica vel hominibus comitis preter inimicis suis ipse vel homines⁴ sui fecerant vel restitueret vel restitui

faceret. Ad hoc supradicti iudices tale iudicium dederunt, quod quiquid mali tam hominibus Ierde quam aliis hominibus comitis vel etiam iter agentibus, preter illis quos in propriis malefactis invenerunt, intulerant Bernardus vel sui, omnia eis in integrum restituat; de debitis autem illa que recognoscit se vel fratrem suum debere, reddat; illa vero que se vel fratrem suum debere difitetur creditores vel testibus convincant eos sibi debitores existere vel iurent eos sibi debere quod querunt aut Bernardus iurare faciat quod de debitis sibi et fratri suo super impositis nec plus debeat quam recognoscit nec scit amplius Berengarium fratrem suum debere. Conquestus est iterum quidam homo de Bernardo a quo mutuo susceperat CCC morabetinos in itinere Beati Iachobi et ei reddere nolebat. Ad quod respondit Bernardus quod comiti nullam iniuriam in non reddendo prephatam pecuniam faciebat, ideo quia ille⁵ homo de terra comitis non erat. Ideo iudicaverunt iudices quoniam omnium iniuste oppressorum in terra sua⁶ cura ad comitem de iure spectat, pecuniam in fide propria Bernardo creditam per instanciam comitis iamdicto homini conquerenti, Bernardus iure reddere debet.

Conquestus est Bernardus de Anglerola super iamdicto comite, domino suo, qui ei promiserat se daturum advocatos qui eum in causa quam cum eo habebat patrocinaentur et ei dare nolebat. Quod comes se promississe negavit. Ad quod tale dederunt iudicium, quod Bernardus testibus ostenderet⁷ verum esse quod comiti obiciebat et si facere posset quiquid dampni Bernardus sustinuit pro advocatorum pennuria,⁸ comes ei restituat. Iterum conquestus est Bernardus quod ex precepto comitis ivit cum eo in exercitum in Aragonem et multa ibi perdidit et hoc comes non recognovit. Iudicaverunt supradicti iudices quod Bernardus probaret se perdidisse cum comite que dicebat aut secundum curie sue consuetudinem averaret et comes ei restitueret. Conquestus est iterum Bernardus quod homines comitis diversis locis suę terrę comorantes auferebant suis hominibus de Anglerola pecuniam quam eis debebant. Ad quod respondit comes se nescire quod ipse dicebat. Iudicaverunt iudices quod debitores qui erant comitis hominum de Anglerola, cogeret comes vel ad restituendum vel ad iure respondendum.

1. *La segona i afegida a la interlínia.* 2. *dedederat al text.* 3. *hoc afegit a la interlínia.* 4. *homines afegit a la interlínia, escrit sobre una paraula ratllada, il·legible.* 5. *ille afegit a la interlínia.* 6. *sua afegit a la interlínia.* 7. *ostenderet afegit a la interlínia.* 8. *nnuria afegit a la interlínia, escrit sobre una paraula ratllada, il·legible.*

1098

[1157-1162]

Carta. *Parason, jutge d'Arborea, escriu a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, informant-lo de les seves gestions davant l'arquebisbe de Pisa perquè convenci els pisans perquè l'ajudin en la conquesta de Mallorca.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la primera meitat del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 19, 115 × 140 mm. Bon estat de conservació.

a CODOIN, IV, doc. CLI.

b SCANO, *Il giudice Barisone*, pp. 247-248.

c SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, doc. 2.

d FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 54.

Datem per l'any del casament de Pere d'Arborea amb Agalbursa de Bas i pel de la mort de Ramon Berenguer IV.

Raimundo, Dei gratia comiti Barchinone, principi Aragonum, Tortose et Provincie marchioni, illustri amico et affini precipuo. Parason, Dei nutu Arvorensis rex et iudex, victorie dilectionis et bonorum plenitudinem. Vobis et vestre celsitudini amicitia et affinitate unanimiter et indissolubilter adnexus vester sum prorsus et omnia pro voto vestro vobis evenire cupimus. Eapropter, sicut nos per Iuffredum de Massilia et nostros fideles et Solimanum et litteras vestras rogastis de Maiorica cum domino V[illanus], Pisanorum archiepiscopo, quando nobiscum pro legatione in proximo vere fuit pro vobis locuti sumus et cum noster sit amicissimus, proposse ei inde preces fecimus. Ipse vero satis benivole respondit et promisit quod in adiutorio et obsequio vestro et nostro in hac causa esset in quantum posset et etiam personam suam venturam dixit si civitas eius aderit. Insuper per fideles et amicos nostros quos vidistis et alios et per literas nostras consules pisanorum et senatores, quorum consilio ipsa civitas regitur, proposse rogavimus uti in hoc facto unanimiter sint vobiscum. Preterea fidum damus consilium uti per legatos et litteras apud ipsos pisanos studeatis quatinus sicut vos et eos decet sint in hoc facto vobiscum, et sapienter hoc ostendant eis quod vos potius cum ipsis quam cum aliis qui eis sint proximi vel longinqui hoc facere velit. Verumtamen si ipsi omni no defuerint, vos quoquomodo poteritis id efficietis. Item dominus papa in hoc facto plurimum prodesse potest si Pisanum archiepiscopum et civitatem ipsam pro suo posse ad id posuerit et maxime si treguam vel pacem inter Pisam et Lucam fecerit.¹

Et imo cum causa ista Dei sit et vos ipse diligat per nimium pro Deo et vobis studium dabit in istud, si per legatos el litteras vestras omnino exoraveritis eum. His et aliis modis per domini Dei et vestram virtutem hec et alia ad honorem et commodum Dei et vestrum pro velle vestro perficietis sic quod laus vestra perpetuo vigebit. Quid autem super hoc facturis sitis et quid inde compoveritis citius quam potestis litteris vestris nobis insinuetis et de prosperitate et gracia et voluntate vestra nos letificetis. De² sorore vestra, socru nostra, et filiis eius tamquam de vestris et nostris propriis vos deprecamur et eos vobis commendamus.³

1. fecerit *escrit a sobre d'una raspadura.* 2. *Segueix so, sense cancel·lar.*
3. De sorore vestra ... vobis commendamus *escrit per una altra mà, coetània.*

1099

[1158-1162]

Carta. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, demana al bisbe de Barcelona Guillem de Torroja que inquireixi sobre els danys que els de Montagut han infligit al monestir de Santes Creus i els els faci esmenar; i també que faci tenir al monestir la torre de Valldossera.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 20, 350 × 110 mm. Bon estat de conservació.

a CODOIN, IV, doc. CLII.

Datem per l'any de la concessió del territori de Santes Creus i pel de la mort de Ramon Berenguer IV.

Raimundus, Dei gratia comes Barchinonensis et princeps Aragonensis, venerabili domino et dilectissimo karissimo amico suo Guillelmo, Dei ordinatione Barchinonensium episcopo, cum dilectione salutem. Noscat serena vestra discreccio me abbatem de Valle Laurea graviter clamantem vidisse eo quod illi de Monte Acuto in meum proprium et dominium honorem magnam contumeliam et multa mala ei et fratribus suis iniuste fecerunt. Quod quantum mihi sit grave per literas non possum vobis indicare. Unde vestram cum magno affectu cordis exposco prudenciam quatinus his literis visis, amota omni occasione illud dedecus et contumeliam tanquam meam propriam inquiretis et fortiter demandetis et totum predicto abbati et fratribus suis et ipso monasterio plenarie et integritate reddirigere et emendare faciatis. Et deinceps totum ipsum honorem sicut umquam melius Bertrandus Otonis habuit

et tenuit, huic abbati et fratribus suis et monasterio ipso in sana et bona pace et absque alicuius contradiccione, cum omnibus directibus suis, tenere et habere et plenarie possidere faciatis. Et per illam fidem quam mihi debetis sicut de vobis spero illud dedecus fortiter iustificetis et inquiratis et demandetis et totum quod vobis rogo sicut in vobis bene confido adimpleatis et magnam curam et sollicitudinem de ipso monasterio et de Sanctis Crucis et de omnibus aliis eorum rebus habeatis. Valetate et quod vobis rogo adimplete et ipsum monasterium una cum filio meo bene emparetis et contra omnes manuteneatis et defendatis. Et ipsam turrim de Valle Urseira cum ecclesia que ibidem est, cum omnibus ad eandem turrim pertinentibus, cum decimis et primiciis et cum quatuor affrontacionibus sicut in carta Bertrandi Otonis scriptum est, totum eis habere et in sana et bona pace tenere faciatis.

1100

[1160-1162]

Greuges. *Relació dels danys que Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, ha sofert de Berenguer Miró.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 29, 218 × 95 mm. Bon estat de conservació.

a CODOIN, IV, doc. CLXI.

Cit. BISSON, *Veus turmentades*, pp. 18-20. — SABATÉ, *Judici*, p. 137.

Datem per l'any de l'arrendament dels drets de la batllia de Llagostera per Berenguer Miró i pel de la mort del comte Ramon Berenguer IV.

Hec est comemoracio maleficiorum quorum Berengarius Mironis domino suo Raimundo Berengario, comiti Barchinonensis et principi Aragonensis, iniuste facit. Scilicet, in primis noviter misit in honore de Ascleto parilios III gallinarum et has retinet sibi; et adhuc in predictum honorem recipit par I caponum et retinet secum. Et frater eius emit olim medietatem de borda una que fuit Ermengaudi Baioni et de hac borda aufert comiti taschas et decima et chesta. Iterum Berengarius Mironis habet aliam bordam in predictam villam de Ascleto in qua fecit mansos III¹ cum adiutorio honoris et silvis et brugariis comitis, de quibus mansis ipse accipit quartum et censum et pernas et caponis et in hoc stabilimentum perdit tascham et decima comes.

Iterum Berengarius Mironis emit medietatem de honore qui fuit olim Dominico Suniarii de Aganix,² in hac et in alia meditate

comes perdit tascham et decimum et chestam. Et in predicta³ villa de Aganix⁴ habet in dominium Berengarius sepedictus Mironis inter mansos el bordas VII, de quibus mansis ille accipit quartum et censum et servicia et aufert comiti tascham et decimum de omni laboracione eorum.⁵

Iterum in villa de Cabanes condam Petrus Ferren habitabat et ivit Terragonam, sed antea in predicta villa magnam et bonam habebat vineam⁶ de qua postea Berengarius Mironis aufert decima et tascham comiti. In predicta⁷ villa Berengarius⁸ donum recepit de medio manso qui condam fuit de Petro Vives, et per hoc comes perdit chestas et servicia, ideo quia omnem mansum destructum est et⁹ hominem nec feminam non ibi manet. Et in sepedicta villa Berengarius Mironis fecit magnas domos et plantas et laboraciones et de hoc et de aliud quod homines eius laborant pro eo perdit comes tascham et decimum. Et Guillelmus Poncii scit in rei veritate quia hoc¹⁰ prescriptum verum est.

1. Segueix e, ratllada. 2. ga afegit a la interlínia. 3. Entre c i t, tic, ratllat.
4. X afegida a la interlínia, escrita per sota de la línia. 5. Segueix el text escrit per una altra mà, coetània. 6. n afegida a la interlínia, corregeix un traç anterior. 7. Segueix Berengarius, afegit a la interlínia i raspat. 8. Berengarius afegit a la interlínia.
9. Segueix ibi, ratllat. 10. hoc afegit a la interlínia.

1101

[1162 o 1163] març. Manresa

Convinença. *Bernat de Montesquiu cedeix a Arnau de la Roca i a la seva esposa Dolça l'honor que Bernat de Manresa, pare de Dolça, tenia per ell, excepte la domus de Sant Iscle de Bages, que reté durant cinc anys. A canvi, Arnau i Dolça renunciem a favor de Bernat als seus drets sobre la meitat del forn de Manresa i acorden el repartiment, a mitges, de la quèstia i els hostalatges del Bages.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del setembre de 1207, fet pel monjo Arnau de Frontanyà. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 358 (*olim* arm. 10 Manresa, sac M, núm. 533), 96 × 401 mm. Bon estat de conservació.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 41.

No es pot determinar l'any, atès que el document no indica si el dia és anterior o posterior al 25 de març.

Notum sit omnibus hominibus quod ego Bernardus de Monte Esquivo et Arnallus de za Rocha et uxor mea Dulcia, filia que fuit Bernardi de Minorisa, voluntate et consilio Guillelmi, Barchinonensis

episcopi, et Guillelmi Raimundi dapiferi et Raimundi Fulchonis de Cardona et Raimundi de Muntcada et Mironis de Luzan et Arnalli de Lercio et Bernardi de Mentleu et Bernardi de Rochafort, venimus ad pacem et concordiam de omnibus controversiis quas invicem habebamus, preterquam de domo Sancte Iscle, de cuius petitione ego Bernardus de Monte Esquivo, voluntate Guillelmi Raimundi, abstineo de hinc usque ad quinque annos. Diffinimus itaque et laudamus ego Arnallus de za Rocha et uxor mea predicta Dulcia tibi Bernardo de Monte Esquivo et omnibus successoribus tuis medietatem furni qui est in Minorisa. Et ego Bernardus de Monte Esquivo dono et concedo tibi Dulcie et omnibus successoribus tuis et tibi Arnallo de za Rocha ut habeas pro me, cum predicta Dulcia, totum illum honorem quem Bernardus de Minorisa, pater supradicte Dulcie, per me habebat et tenebat ad diem obitus sui. Convenimus insuper ego Bernardus de Monte Esquivo et Dulcia supradicta et Arnallus de za Rocha quod chestam de Bagis equaliter habeamus, ita videlicet quod si ego Bernardus de Monte Esquivo aut aliquis¹ baiulus meus fecimus vel fecerit ipsam chestam, faciam vel faciat eum cum Dulcia supradicta aut cum Arnallo de za Rocha aut eorum baiulus; et quicquid inde abuerim vel abuerit, per medietatem inter nos dividatur. Similiter, si ego Dulcia predicta aut ego Arnallus de za Rocha vel aliquis baiulus noster fecerimus vel fecerit hanc chestam, faciamus vel faciat cum Bernardo de Monte Esquivo aut baiulo eius; et quicquid inde habuerimus vel habuerit per medietatem inter nos dividatur. Adhuc quoque convenimus ego Bernardus de Monte Esquivo et Dulcia predicta et Arnallus de za Rocha quod ostallats de Bagis, ubicumque deinceps invenire poterimus, per medietatem habeamus; et quicquid inde habuerimus, per medietatem inter nos dividatur. Alias vero ostallats habeat quisque sicuti modo tenet et habet.

Actum est hoc apud Minorisam, anno Dominice Incarnationis MCLXII, in mense marcii.

Sig+num Bernardi de Monte Esquivo. Sig+num Dulcie, filie que fuit Bernardi de Minorisa. Sig+num Arnalli de za Rocha.

Sig+num Guillelmi Raimundi dapiferi. Sig+num Raimundi Fulchonis de Cardona. Sig+num Guillelmi de Muntcada. Sig+num Raimundi de Muntcada. Sig+num Mironis de Luzan. Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Bernardi de Mentleu. Sig+num Bernardi de Rochafort.

Sig+num Guillelmi Petri, scriptoris domini regis Aragonensis, superpositis literis in VIII linea et in XV linea superpositis literis et fuis.

Arnallus de Fronteniano monachus, qui hunc translatum scripsit mense setember, anno Domini MCCVII (*senyal*).

1. s *corregeix* d.

1102

1174, novembre, [11]

Jurament. *Folc, Pelegrí, Guillem Simó, Pere Manent, Ramon d'Aniana, Ponç Aimon i Pere Deudat juren que el comte Ramon Berenguer IV havia reconegut que devia sis mil set-cents morabatins de barba roja a Guilhem Leteric, en garantia del pagament dels quals havia donat en hostatge deu nobles, que no podrien abandonar Montpeller fins que no fos pagat el deute. Guiu Guerrejat, tutor de Guilhem, senyor de Montpeller, declara que ha comprovat el jurament dels predits testimonis.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, apèndix, núm. 8b (*olim* arm. 2 Barcelona, sac F, núm. 607), 370 × 260 mm. Bon estat de conservació.

a CODOIN, IV, doc. CXXI (b).

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 187.

Aquest document està copiat al dors d'un altre, amb el qual està relacionat (vegeu el document núm. 1076). Com que està copiat al dors de l'altre document, l'han afectat els talls que van fer a la part central d'aquell.

La festa de Sant Martí s'escau el dia 11 de novembre.

Encara que el document és posterior al comte Ramon Berenguer IV, i, per tant, hauria de quedar fora d'aquesta edició, el publiquem per la relació que té amb l'activitat del comte.

Aquest document s'havia datat per error l'any 1164. Quan s'ha advertit l'errata ja no ha estat possible assignar-li el número que li corresponia, per tant s'ha de considerar que el seu número seria el 1107.

Anno Incarnacionis Domini M^oC^oLXX^oIII^o, mense novembris, in festivitate Sancti Martini. Sit manifestum quod Fulco, scriptor, et Pelegrinus et Guillelmus Simeon et Petrus Manent et Raimundus de Aniana et Poncius Aimoini et Petrus Deodati iuraverunt corporaliter super sancta Dei Evangelia hoc totum verum esse, sicut in altera parte huius carte scriptum est. Et sciendum est quod Guido Gueregiatus, tutor et patruus domini Guillelmi Montis Pessulani, diligenter inquisivit per sacramentum et examinavit unumquemque per se de prenomnatis testibus, assistentibus ei Guillelmo de Fon-

tanis, baiulo Montis Pessulani, Raimundo Grosso, vicario Montis Pessulani curie, et Guillelmo Cristoforo, scriptore curie.

Factum est hoc in domo Guillelmi Leterici. Et ibidem dominus Guido Gueregiatus mandavit hanc cartam bollari.

Adfuerunt testes: Guillelmus Tron, Petrus de Lodeva, Bernardus Pelegrinus, Roca, Petrus Manent, filius Petri Manent, Guillelmus Arnaldi.

Et ita sicut scriptum est, ego Guido Gueregiatus totum hoc pro firmo et stabili habeo sicut in tota ista carta scriptum est et continetur intus et extra ex ambabus partibus, in presencia et testimonio predictorum testium (*senyal*).

1103

[1157-1166]

Greuges. *Berenguer de Castellvell, castlà de Castellví de Rosanes, exposa els greuges que té contra el seu senyor, Guillem IV de Castellvell.*

A ACA, Cancelleria, pergamins Extrainventari, núm. 4737, 330 × 605 mm. Bon estat de conservació.

Datem per l'any del document núm. 1014, en el qual s'esmenta l'expedició a Lorca com un fet passat, i pel de la mort de Guillem IV de Castellvell.

Hec sunt querimonie de quibus conqueritur Berengarius de Castro Vetulo super Guillelmo de Castro Vetulo, domino suo. In pri[mis] conqueritur Berengarius de estachamentis de Sancti Andrea quos tollit illi Guillelmus de Castro Vetulo et facit eos tenere ad Gerallum Raimundi, quos pater Berengarii nec ipse Berengarius unquam donavit; de quibus estachamentis habuit Gerallus Raimundi XXX^a vel XL^a morabatinos quos Berengarius habet perdutos. Clamat Berengarius de [s]eguicis suis hominibus quos Gerallus Ramundi gitavit per illos estachamentos quos faciebat illis de villa Sancti Andreę et sunt intrati in alium honorem. Clamat Berengarius de stabilimentis quos Gerallus Raimundi fecit in suis pagesiis, quod facere non deberet sine suo consilio. Clamat Berengarius de filio Geralli Raimundo et de suis hominibus Geraldii Raimundi, quod cavalcaverunt ad suum castellum de Castro Vetulo et assilierunt ipsud castrum in quo erant soror et fratres sui. Et in ipsa chavalcada cavalgavit¹ filius Geraldii Ramundi et sui homines in suo manso dominico de Charrera et taiaverunt ipsos bladz et in² alios qui remanserant miserunt bestias et fecerunt

illos manducare ad suos bestias de Geraldı Raimundi. Clamat Berengarius iterum de iamdicto manso in quo homines Geraldı Raimundi venerunt nocte et fregerunt mansum furtim et traxerunt blad quod remanserat et portaverunt ad domum Geraldı Raimundi, ipso sciente et mantenente latrones et mantenet adhuc. Clamat iterum Berengarius de suis casis dominicis in quas Geraldus Raimundi et sui homines intraverunt et fregerunt casas et duxerunt asinos et raubas ad forca. Clamat rursum Berengario de suo domino Willelmo de Castro Vetulo de pignora de Riberis quam Berengarius tenet per Willelmum de Castro Vetulo, de qua pignora tollis illi Willelmus grandem partem. Clamat tantum Berengarius de Geraldo Raimundi de suo alodio dominico quod furatur illi grandem partem ad suas islas de Riberis. Clamat tantum Berengarius de Geraldo Ramundi de aliis multis locis de suo honore de suis directis quos tollit illi Geraldus Raimundi ad forca; et hoc totum facit illi tollere Willelmus de Castro Vetulo suus dominus. Clamat iterum Berengarius de Geraldo Raimundo qui se fecit baiulum de decima Sancti Michaelis et cum ipsa decima cepit de decima Berengarii et de suis militibus ita quod Berengarius habet perditam et perdit adhuc. Clamat Berengarius de una pagesia quam tenet Cabot, in qua Berengarius habet cistelas et herbam et civadas et suus dominus facit illi tollere³ estachamentum. Clamat rursum Berengarius de Geraldo Raimundi et de suis hominibus, quod in sua domo cognatis suis comedentibus et bibentibus et stantibus et uxor sua stante constituere mortem suam vel prisonem, hoc totum Geraldo Raimundi dante illis manducare; et quia hoc facere non potuere, furati sunt illum suum cavallum, comedentibus et stantibus in domo Geraldo Ramundi. Clamat Berengarius de suo domino, sicut Berengarius erat in sua garda et in baiulia et erat nescius quod dominus suus fecit illi deffnire ad Sancta Maria de Stagno in villa Sancti Andreę scilicet terciam partem de placitis qui sunt intus villam et I parel de gallinis quas habebat in manso Sanctae Mariae et singulas libras de cera per singulas domos quas ipse misit; et hoc totum fecit illi facere suus dominus Willelmus de Castro Vetulo. Et ipse accepit merce de re scilicet unum asinum de Sancta Maria. Clamat Berengarius de suo domino⁴ Wilielmo de Castro Vetulo, de estachamentis de mercato de Martorel⁵ quos ille tollit sine fadiga de directo, quos pater Berengarii et ipse Berengarius tenuit et habuit longo tempore. Clamat Berengarius de suo domino, de duobus mansis ante rocham, unum quod comparavi Petrus Bonfil et alius Bernardus

Cabater, quos suus dominus facit illi tollere. Clamat iterum de manso Petri Tidbad, de quo facit illi contendere suum estachamentum. Clamat⁶ de Duran, de quo facit illi contendere suum estachamentum. Clamat Berengarius de manso de Aranon, qui est sua pagesia et suum accaptum, unde tollit illi magnam partem et cepit ad suam partem sine fadiga de directo. Clamat Berengarius de mansis de Gueitis, unde suos dominus tollit illi grandem partem, quos avus suus et pater Berengarii et ipse Berengarius tenuit et habuit. Clamat Berengarius de manso in quo habet estachamentum et civada et herbam et suus dominus fecit illud comparare Bernardo Papac, per quod ipse perdidit suum directum. Clamat Berengarius de honore quem Cabot Lobet in villa Sancti Stephani, unde pater Berengarii et ipse Berengarius accepit pernam et stachamentum et alt[er]a⁷ servicia et tollit illi longo tempore; hoc totum facit illi facere suus dominus. Clamat Berengarius de manso de Col, quod tenebat per Berengario de Barchinona et per feu et per pignora, in quo habebat LX^a morabatinos et non habuit nisi XXX^a; et Berengarius erat in altera terra et suus dominus fecit illi tollere. Clamat Berengarius de manso de Doz, quod erat suum estachamentum et suus dominus fecit estachare et habuit estachamentum VI solidos, quos Berengarius habere deberet et Berengarius perdidit illud videlicet mansum quod tenet Petrus de Calcerens. Clamat Berengarius de saig de Castro Vetulo quem suus avuus et pater Berengarii et ipse Berengarius tenuit et habuit et tenet suas pagesias; et suus dominus tollit illi sine fadiga de directo. Clamat Berengarius de suis boschis de Castro Vetulo, in quibus n'Amusad fecit mittere focum, in quibus habebat suos foresters et perdidit sos agros de austors et de esparvers et suus dominus tollit illi de suis exidis. Clamat Berengarius de manso⁸ de Calm quod tenet uxor Petri Folc, de quo dominus suus Wilielmus tolli illi grandem partem. Clamat Berengarius in Castro Vetulo de Amasad, quam suus dominus misit ut staret in castro et habet illi toltas IIII^{or} spadlas de senglar et V^e quarters de chabirol. Clamat Berengarius de estachamentis de Castro Vetulo quia Amasad admonet de hominibus grandem partem et forciat ut non firment illi directum. Clamat iterum Berengarius de manso de Oliver ad Sanctum Stephanum quod est ad Pedrosas, unde contendli illi dominus suus suum estachamentum. Clamat rursus Berengarius de suis dominicis qui sunt iuxta illos domini sui quia Amasad arranchavit terminos et de suo cepit ad suam partem et non vult emendare. Clamat Berengarius ad Sanctum Stephanum de baiulo

sui domini, qui facit suas chabanerías et forciat illi suos estachamentos et nunquam fuit patri⁹ suo. Clamat Berengarius de suo pignore quod tenet per suum dominum ad Chanellas ubi suus dominus facit questas et apoderamentos, quod facere non deberet. Clamat Berengarius de C^m morabatinos quos Wilielmus debebat patri suo et pater suus dimisit illos Berengario in suum testamentum et suus dominus dare non vult. Cla[mat] iterum Berengarius quod fuit mainader de sui domini V^e vel VI annis et nunquam donavit illi aliquid. Clamat Berengarius de suo domino super preferimentum de directo quod illi faciebat, cepit suum hominem et exorbavit. Clamat Berengarius de suo domino et de Wilielmo filio suo super preferimentum de directo quod faciebat patri¹⁰ et filio Wilielmo filius suus et suis homines cepere illum et miserunt in Martorello et suis homines custodierunt illum et sui homines expiaverunt eum et Wilielmus ligavit ei manibus per tergum et cepit eum per capillos ita ut non fadigaverunt in illo de directo; et ipse Berengarius preferebat directum ad quemque. Clamat Berengarius de suo domino, quod perrexit¹¹ cum illo Almuniam et armiger suus Reverter furatus est illi suum roncinum quem comparavit XV morabatinos et sellam, L^a solidos, et ense II^{os} morabatinos valentem; et armiger suus furatus est totum et non habuit esmendam nisi III morabatinos. Clamat iterum Berengaris de suo domino quando perrexit cum illo ad host in Lorcha, quando suus dominus tradidit illum suo fratri et perdidit ibi unum chavallum valentem C^m morabatinos et I mulam quem comparavit XXX^a morabatinos et per istos XXX^a morabatinos misit talem pignoram unde exiit dampnum quod magis valet L^a morabatinos; et I mulam de Bernardo Guillelmi de Sanc que valebat XX morabatinos. Clamat Berengarius de domina Amasad quam Willielmus misit in castro, quod tulit claves castelli ad suum hominem et fecit eum iacere foras et eicit eum foras quando vult. Clamat Berengarius de mea sive de albagener quos ei abstulit. Clamat Berengarius de Guillelmo de Castro Vetulo, quod fecit fodere suum mansum de Arano et extraxit II sestarios de ordeo vel III^{or}; et domina Amasal, que abstulit cuidam mee femine III sestarios de ordeí vi et iniuste. Clamat Berengarius de suo domino, quod abstulit ei II porcos in manso de Saranon postquam ei directum firmavit. Clamat iterum de II mansibus quos ei abstulit ad Caneles et II campos et I pernam et abstulit ei X sestarios quos habuit de Raimundo Petro unde Berengarius nichil habuit; et accepit estacamenta in II hominibus Arnaldus Berengarii et Guillelmus de Ollesa. Cla-

mat Berengarius de baiulo sui domini, de usaticis quam ei facere solet et modo ei contradicit. Et Berengarius emparavit pagesiam in suo manso de Carera et baiulus desempaeravit; et quando Berengarius firmavit directum suo domino desempaeravit eum suum honorem. Et Guillelmus suus dominus habuit expleta honoris de Val Bovera et aliorum locorum. Clamat Berengarius de suo domino quod nuper dedit honorem Sancti Michaeli et est pagesia et estacamental unum Berengarius perdidit sua directa. Clamat Berengarius de Petro de Palacio quod abstulit¹² cuidam suo homini II sestarios de blat et verberavit homine et vulneravit eum et postea fregit mansum de Lunel et traxit inde suos boves et occidit unum de bovis, pro malo quod ei fecit. Clamat Berengarius de Castro Vetulo contra Geraldo Raimundi de uno manso qui erat pagesia et estacamental et dederunt eum ecclesie Sancti Andree, unde Berengarius perdidit sua directa. Clamat Berengarius de Guilelmo suo domino quia dum erat in ostatico pro illo ad Barchinona mandavit eum placitum unde non potuit parere, in quo placito quidam bacalar de Martorel desmentitus est eum ante suum dominum. Clamat Berengarius de quadam bagasa de Castro Vetulo quam verberabit suum claverum¹³ ante suam uxorem; et cum illa rogavi[t] eam ne faceret vilipendium, eam atque inhonoravit.¹⁴ [Clamat] Berengarius de suo domino quod familia sua qua miserat in castrum, qui traxerunt suas guadengas de suis hominibus ubi suos homines iacebant et tenuit unum omnes et traxerunt inde hostia cellarii et alias domorum III ataut. Clamat Berengarius de suo domino quia abstulit ei I molendinum unde perdidit omnia expleta longo tempore. Clamat de illo, quod misit eum in firmanca per C solidos et venit ei de dampno valente CL; solidos et acomodavit ei I rucinum cum sella freno et non recuperavit. Clamat de os[ta]tico¹⁵ qui suus dominus eum misit ad Barchinona per L morabatinos, unde noluit eum encere, et ibi stare, comedit XXV morabatinos et postea de suo redemit seipsum et misit totum suum honorem de Corneliano¹⁶ in pignore, quod causa venit magnum dampnum.

1. i *afegida a la interlínia.* 2. in *afegit a la interlínia.* 3. tollere *afegit a la interlínia.* 4. domino *afegit a la interlínia.* 5. a *afegida a la interlínia.* 6. *Segona a afegida a la interlínia.* 7. *Manca.* 8. de manso *repetit.* 9. a *afegida a la interlínia.* 10. a *afegida a la interlínia.* 11. *La segona r afegida a la interlínia.* 12. u *corregeix a.* 13. *Segueix una ratlla, esborrada i ratllada.* 14. *A partir d'aquest punt el text segueix al dors del pergami.* 15. *Manca.* 16. r *afegida a la interlínia.*

[1157-1166]

Greuges. *Guillem IV de Castellvell presenta els seus greuges contra Berenguer de Castellvell.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3509, 352 × 147 mm. Bon estat de conservació.

Datem segons un document núm. 1103, en el qual intervenen els mateixos personatges per causes semblants.

Hec sunt querimonie quas G[uillelmus] de Castro Vetulo de B[erengario] de Castro Vetulo. In primis, conqueritur quod unam feminam suam cepit, et misit eam in tavecam et fecit eam redimere omne suum posse. Et amputavit alie femine nasum. Et postea cepit unum suum hominem,¹ scilicet Petrum de Roca, et absque funiculo et absque scala² fecit eum prosternere in tavecam, qua de causa non longo tempore obiit.³ Et iterum cepit aliam feminam Elliarciam de no[m]ine et voluit eam miteri in tavecam; illa, timida et invita, redemit se quantum potuit. Conqueritur de fabrica de Castro Vetulo, quod habet et tenet et ille ei non dedit nec sui. Conqueritur de manso de Carrera, qui erat de seniore de Castro Vetulo dominicus, quem ille habet et tenet. Conqueritur de honore de Curtgonel et de Bello Loco, quem sua contradiccione facit stare heremum et minatur laboratoribus oculos eruere et pedes truncare, quem honorem dominicus est de seniore. Conqueritur de pignore de Caneles, quod domina et suus filius voluerunt redimere, quibus contradixistit⁴ et reddere noluit. Et facit hominibus pernas dare quas non solebant et alia usatica ita ut pene ad paupertatem adduxit. Conqueritur de eo quod domina que pro ille venit in Castrum Vetulum, unde habet suos filios, eam prave et iniuste multocias⁵ vilipendit et minatus est suis hominibus et mulieribus oculos eruere et nasus amputare; tantum minatus est quod ad perfeccionem duxit quod uno suo homini ante eam fere oculos traxerat, quod dicitur scarabotare. Et ut veri sit similis, vocabatur homo iste Petrus de Bosco.⁶ Conqueritur de eo quod domina miserat unum hominem in uno manso quid dicitur Saburida, ad Fontes,⁷ et volebat ibi facere mansum et ille suis minis eiecit eum ab illo loco et ivit ad alium. Conqueritur de illo de uno suo homine, de Arnallo de Caneles, cui ille dedit suam baiuliam quapropter abstulit ei suum honorem et exereditat eum suo patrimonio.⁸ Conqueritur de manso de Salsares, qui est dominicus de seniore, qui nisi sua contradiccione çssæt, fuerat stabilitus cum probo homine et modo

est heremo. Conqueritur de monasterio Sancti Ienesii, ubi ille nichil habet, quod est dominicus de seniore, quod tregua Dei⁹ ille fregit et traxit unum hominem et duxit captum et nudum ad rocham et abstulit ei omne quod habebat; et postea fa[t]igavit¹⁰ quendam monachum huius cenobii et vilipendit eum. Et postea verberavit molendinarius Sancti Ienesii et cum lancea vulneravit eum, cum lanceis.¹¹ Conqueritur de eo quod abstulit ei omnes mansos quos habet in valle Sancti Andreę. Et insuper conqueritur de uno manso que noviter erat constructus et ille eiecit laboratores¹² de isto manso et verberavit eum et evulsit ei barbam et facit stare hoc mansum ad eremum. Conqueritur de eo quod facit iures et toltes in villa Sancti Andreę et voluit habere homines in dominio quod sua proienies non habuit. Et in alio facit dedecus suo seniori, quod multociens minatus est homini qui directos tenet illius honoris pro suo seniore caput amputare et cum digito venit in faciem eius ut erueret oculos eius. Omnia ista malefacta sunt facta¹³ absque fadiga de directo. Et omnis supradictus honor tollit Berengarius¹⁴ de Castro Vetulo G[uillelmo] de Castro Vetulo iniuste. Et iterum conqueritur de eo quod tollit ei mansum de Goltredes et pariliatas que sunt ad Deuslode et istas que sunt subtus pariliatas et mansum de Cardes, qui est inter mansum de Collo et mansum de J[oaannes] Cornado. Et tollit ei I moltonem de tenedone quam tenet cum manso de Collo et mansum de Busollone. Et tollit ei villam Sancti Stefani in qua pater suus non habebat nisi stationem duorum hominum et modo ille tollit omnem medietatem huius ville et dicit ęssę suum dominicum. Omnia hec supradicta tollit B[erengarius] de Castro Vetulo G[uillelmo] de Castro Vetulo iniuste. Et conqueritur de eo de vineis de Castro Vetulo in quibus ille nichil habet, set sunt dominicas de seniore. Et ille tollit hominibus, de unaque vinea singulas cestellas. Et tollit hominibus singulas puneras de civada quod pater suus nunquam fecit. Et destruit homines de castro suis placitis et suis bestiis quas tenet in castro. Sui armigerii secant messes hominum ita quod homines adduxit ad paupertatem et ad mendicacionem. Quid plura dicam? Ista mala et alia multa facit B[erengarius] G[uillelmo] de Castro Vetulo et hec iniuste. Et conqueritur de eo de XL solidos quos abstulit suo homini J[oaannes] de Calharens iniuste.

1. hominem *afegit a la interlínia.* 2. scala *corregeix* ssala. 3. ii *corregeix* u. 4. La darrera t *corregeix* s. 5. s *corregeix un traç anterior.* 6. B *corregeix* P. 7. s *corregeix un traç anterior.* 8. nio *repetit.* 9. Dei *afegit a la interlínia.* 10. Manca. 11. s *corregeix* m. 12. es *afegit a la interlínia.* 13. f *corregeix* t. 14. us *corregeix* o.

[1120-1167]

Jurament de fidelitat. *Ramon de Ponts jura fidelitat a Guillem Ramon de Montcada i el seu germà Odó, en especial pel castell i la parròquia de Cartellà; garanteix el jurament amb el castell de Tudela i tots els béns que té pels esmentats Guillem Ramon i Odó.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3209, 182 × 371 mm. Bon estat de conservació malgrat algunes taques d'humitat.

Cit. Kosto, *Making agreements*, p. 125.

Datem pels anys comuns de Guillem Ramon de Montcada i el seu germà Odó.

Hec est convenientia que est facta inter Raimundus de Ponths et Guillelmum Raimundi atque Otonem, fratrem eius, de castello Cartiliani et de forteda vel fortedes que ibi sunt vel in antea erunt vel infra parrohehiam au[t]¹ terminos Sancti Felicis de Cartiliano. Convenio namque iamdictus Raimundus tibi Guillelmo Raimundi et fratri tuo Otoni, senioribus meis, libenti animo et sine forcia, de castello Cartiliani et de forteda vel fortedes que ibi sunt aut in antea erunt vel infra parrohechiam au[t]² terminos Sancti Felicis Cartiliani, quod de ista ora in antea fidelis ero vobis inde per fidem, sine engan; et quod non vetem vobis inde intrare vel exire atque guerreiare contra cunctos homines vel feminas per quantas vices volueritis ibi intrare et exire; et non exeat aut veniat vobis inde ullum dampnum per me nec per meum consilium neque per meum ingenium neque per meos homines vel feminas; et quod non retineam ibi nullum viventem hominem vel feminam ad vestrum dampnum unde vos me comoneratis quod non retineam.³ Et si ullum dampnum venerit aut exierit vobis de iamdicta fortitudine aut fortitudines et infra XXX dies et noctes quibus vos [c]omoneretis⁴ non habuerint vobis restitutum per fidem, sine engan, sic mitto vobis Guillelmo Raimundi et fratri vestro Otoni in pignus ipsum castrum de Tudela et ipsos fevos et omnes honores quos teneo per vos. Sub tali convenientia quod de ipsis XXX diebus in antea incurriset et devenisset predictum castrum de Tudela et ipsos fevos et omnes onores quos teneo per vos in vestra potestate ad vestrum proprium et ad fatiendum quecumque volueritis inde sine ullo impedimento et sine ulla querela et mala voluntate quam umquam non habeatis de me Raimundo vel de ullo homine vel femina per me. Item convenio vobis quod umquam in perpetuum non concordem de iamdicta fortitudine aut fortitudines cum ullo homine vel femina nisi hanc concordiam quam vobiscum fatio. Et

sicut superius scriptum est, sic convenio hec ego Raimundus vobis predictis senioribus meis, libenti animo, sine ulla fortia et sine malo ingenio; et sic tenebo et atendam per fidem, sine engan. Item convenio vobis quod de omni vestro honore quem modo habetis vel in antea adquisituri estis cum meo consilio, quod valeam vobis et ero vobis adiutor et defensor cum omni honore meo et meis hominibus contra cunctos homines vel feminas. Et sicut superius scriptum est, sic mito vobis in pignus predictum meum honorem, ita quod totam prescriptam convenientiam teneam et atendam per fidem, sine vestro engan, tali modo quod si dampnum non esset vobis restitutum infra XXX dies et noctes quibus ammoneretis, de ipsis XXX diebus in antea incurrisset totum prescriptum honorem in vestra potestate ad vestrum velle fatiendum. Item ego Raimundus convenio vobis, prescriptis senioribus meis, quod non fatiam castellum neque fortedam nec facere fatiam ad ullum hominem viventem vel feminam, per me aut per meum consilium vel per meum ingenium, de ipsa serra de Olmatel que est inter Camos et Monte Mal usque ad ecclesiam Sancti Andree de Estanol neque de ecclesia Sancti Iuliani de Castello Fret usque ad Sanctam Mariam de Amer, excepta ipsa de Cartiliano sicut superius scriptum est. Ita ego prenomatus Raimundus convenio vobis, senioribus meis suprascriptis, quod per ipsum castrum de Tudela et per ipsos fevos que teneo per vos, ab hac⁵ hora et deinceps, sim vobis adiutor et defensor ad tenere, defendere et guerreiare contra cunctos homines vel feminas qui vobis tollere voluerint; et quod sim vester solidus per fidem, sine engan, sicut homo debet esse de suo meliori seniore; et fatiam vobis cavalcadas cum meis hominibus infra vestram terram sicut melius potuero; et fatiam vobis ostem in Yspaniam de meo corpore cum IIII caballarios et ego sim quintus, et hoc cum meo conducto et cum mea alcuba. Et sicut hic scriptum est, sic tenebo et atendam ego Raimundus prephatus vobis, prescriptis senioribus meis, per fidem rectam, sine vestro engan. Acta convenientia.⁶

1. Manca. 2. Manca. 3. non retineam escrit a sobre d'una raspadura.
4. Manca. 5. hac afegit a la interlínia. 6. El text acaba aquí, sense indicar la data.

1106

[1120-1167]

Jurament de fidelitat. *Oliver, fill de Garsenda, jura fidelitat a Guillem Ramon II, senescal, i al seu germà Odó.*

ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, carp. 363, núm. 3421, 55 × 152 mm. Bon estat de conservació.

Datem per l'any de l'inici del regiment de Guillem Ramon II i pel del darrer document conegut d'Odó de Montcada.

Iuro ego Olivarius, filius Garsendis femine, vobis Guilelmo Raimundi, dapifero, et Otoni, fratribus, quod de ista ora in antea fidelis vobis ero per fidem, sine engan et sine fraude et malo ingenio. Et non occidam vos nec aprehendam ego nec homo per me nec per meum stabilimentum nec per meum consilium. Et non decipiam vos de vestra vita nec de vestro honore nec de vestris corporibus neque de membris que in corporibus vestris se tenent. Et ipsum totum honorem quem hodie habetis et in antea adquisieritis per meum consilium, fidelis adiutor ero vobis tenere, deffendere et guarregare contra cunctos homines vel feminas, per directam fidem, sine vestro engan. Per Deum et hec sancta.

Sig+num Olivarii.

1107

[1148-1167]

Jurament de fidelitat. *Bernat de Vilademany jura fidelitat als germans Guillem Ramon II, senescal, i Odó, en especial pel castell de Bescanó.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3229, 80 × 205 mm. Bon estat de conservació.

Datem per l'any del document que informa que Bescanó estava en mans d'Arnau, fill de Guilla (vegeu el document núm. 862), i per l'any de la mort d'Odó de Montcada.

Iuro ego Bernardus, filius Sicardis femine, vobis Guilelmo Raimundi, dapifero, et Otoni, fratribus, ut de ista ora in antea fidelis ero vobis de corporibus vestris et de vita vestra atque de omni vestro honore quem hodie habetis et in antea adquisituri eritis cum consilio meo, ut ego vobis non tollam nec aliquid inde minuam, nec homo per me nec per meum consilium nec per meum stabilimentum. Et si aliquis homo vel femina tollere vobis voluerit aut aliquid inde minuere temptaverit, adiutor, valitor, deffensor et guerregator ero vobis contra cunctos homines vel feminas, excepto Poncio de Capraria et Mirone et Raimundo fratribus, fratribus de Ostoles. Et si forsan vos et Poncius de Capraria vel Miro aut Raimundus, fratres de Ostoles, guerram habuerint vobiscum, dabo vobis milites II^{os} de melioribus quos habeam ut valeant vobis per

fidem, sine engan. Item convenio vobis ut donem vobis potestatem ipsius castri de Baschanon quantasque vices eam mihi requisieritis dum ego eum teneam.

Sicut superius scriptum est, ita vobis tenebo et attendam per directam fidem, sine engan. Per Deum et hec sancta.

Sig+num Bernardi de Villa de Magno.

1108

[Sense any], febrer, 13

Venda. Dorca, els seus germans i els seus fills vénen a Pere, prevere, i als seus fills un hort a villa Fava, pel preu de set sous, una aimina de forment, una altra de ségol i una altra d'ordi.

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3174, 125 × 213 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego Do[r]ca et fratrisbus meis Pere et Bernad et filiabus meis Maria et Pere Giem nos simul vinditores sumus a ti Petrus presbiter et a filiabus tuis P. et B. et A. uno orto. Est ipso orto in valle Capiancii, in villa Fava, in apendice Sancti Iuliani, subtus vila. Et abet affrontacione de una parte in puplica via, de alia¹ in orto de vos compratores, de III in torent, de IIII in orto de Ramon de n-Arsen. Quantum istas affrontaciones includunt sic vindimus nobis, ad vobis iamdictos et a vestra progenie, per vestra voluntate facere per totum tempus. Et recepimus de vobis precium placibile VII solidos e una emina de forment, alia² de segal, alia d'ordi. Nulius homo vel femna qui ista carta voluerit inquietare in duplo componat.³ Et in antea firma sit omni tempore.⁴

Sig+num Do[r]ca, Sig+num P[ere], Sig+num Bern[a]d, Sig+num Ma[ria], Sig+num P[ere], nos qui ista carta rogamus escribere et testes firmare.

Sig+num G.⁵ Puculul, Sig+num B. Favana, Sig+num G. de ca Guardia,⁶ Sig+num R. de n'Arsen,⁷ isti huius sunt testes.⁸

Petrus presbiter, qui hoc scripsit (*senyal*) die et anno quo supra.

Actum est hoc idus freberii.

1. Segueix c, sense cancel·lar. 2. i afegida a la interlínia. 3. Segueix et co, ratllat. 4. Segueix un espai de 30 mm, raspat i il·legible. 5. No hem desenvolupat les inicials d'alguns noms perquè no estem completament segurs dels noms als quals fan referència. 6. La primera a afegida a la interlínia. 7. Segueix is, ratllat. 8. te, de la primera síl·laba, afegit a la interlínia.

[Sense any], novembre, 11

Venda. *Els esposos [...] i [...]sina venen als esposos [...]alri i [...] unes propietats al comtat de Barcelona, pel preu d'un [...] d'or.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3253, 78 × 300 mm. Estat de conservació deficient a causa de la manca de la part esquerra del pergamí (probablement uns 200 mm) i de l'esvaniment de la tinta.

Entre claudàtors, hem restituit algunes de les parts del document tot seguint el formulari acostumat de les vendes.


[I]n [nomine Domini. Ego ... et uxor mea ... simul in] unum [venditores sumus vobis ...]alrio et uxor [tua ... sines], emtores. [Per] anc scripturam vindicionis nostre vindimus vobis [terras] et vineas et per has [...]nostrum proprium fr[an]cum, qui nobis advenit per nostra comparacione vel per ullasque voces. Et est hec omnia quod superius resonat in comitatu Barchino[ne ...]. Afrontad hec omnia supranominata a parte [orientis] in via qui pergit ad Barchinona, de meridie in terra de Bertran cum [..., de m]er[i]die in terra de Reimun Mir. Quantum in[fra] istas IIII adfrontaciones includunt sic vindimus vobis totum ab integrum, cum [ingressiis et regressiis suis, in propter precium ...] I de auro, et de ipso precium [nihil manibus nostris non] remansit. Et est manifestum. Quem vero predita terra et chasas, cum solos suprapositos et [d]e nostro iure servando et [... re]gre[ssio... ere...]exios vobis vindimus, de nostro iure in vestro tradimus ad vestrum proprium vel ad vestrum bene[ficium ... sine] contradiccione [ullius hominis. Et si ullus homo vel femina venerit ad] inrumpendum, non oc valeat vindicare, [sed] componamus vobis in duplo [sine ...] cum omnem suam [inmeliacionem. Et in antea ista vindicio]ne firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta ista carta vindiccione III idus november, anno VIII regnan[te ... rex].

[...]sines femina, nos qui ista carta vindiccione fecimus, firmamus et firmare rogavimus.

[...] Sig+num Seniofredus. Sig+num Guadamir. Sig+ num Bonefilio.

[... scri]psit et die et anno (*senyal*) prefixo.



1110

[Sense any], desembre, 31

Inventari. *Relació de béns existents en una casa d'Arraona, al peu del castell.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extrainventari, núm. 3270 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 743), 125 × 75 mm. Estat de conservació regular a causa de la tinta, molt esvanida en diferents parts del pergami.

Document opistògraf.

Hec [est]¹ breve de I casa de Raona, qui est ad pede de castell. Laxavi ibi portadores² III, cofinos V et escudeles VII, et enaps III et canada I, et estora I et mapes I, et sarias III et ataud I, et pastera I et sedaz I, et barutel I et selons et olas VIII, novos, et palas II³ et pugnera I, et cinta I et alcurcin I, et dentals III et arca I cum seraia I optima, et cantars II et gurgines III novos, et podal I et senaies II, et travas II et sac I boraceien, et boraz I et grabes⁴ III de lin, et cantar I plen de vinagre et culers III, et gradal I et destral I, et exada I et coltels II et fe[rro] de fog, et podadora I et exol I, et [...]dora⁵ I et tribans II, et falces III et sotsela I feltre, et peses I et alamud I.

Laxavit in castael cub I et tona I optima, et baril I plen de vin et pavons XVIIIII.

Blad qui venit de Ausona in via, quarteras VII forment; et in alia vice, emina I; in alia vice, quarteras VII et certters⁶ II; in alia vice, mugs III, quartera I rasa forment; in alia vice, mugs VII ordeï; in alia vice, mugs V, quartera rasa.⁷ Canviarem in Palomar, quarteras XV ordeï, espelta V quarteras, castainne mug I.

Facta ista carta dote vel donatione, II kalendas ianuarii.⁸

1. Manca. 2. t corregeix d. 3. Segueix et muse, ratllat. 4. r afegida a la interlínia; potser en lloc de garbes. 5. Espai d'aproximadament quatre lletres, il·legible a causa de l'esvaniment de la tinta. 6. Probablement en lloc de sesters. 7. sara al text. 8. El text segueix al dors en cinc línies més, escrites per una altra mà i il·legibles.

1111

[Sense data]

Carta. *Resposta a unes requestes del comte per part d'un personatge desconegut.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extrainventari, núm. 3108, 70 × 112 mm. Estat de conservació deficient a causa de l'esvaniment de la tinta.

[Sera]tas vidi aver [...]¹ tuas literas de querimonias que abebis de me, sed nulla fadicham introducere de tuos omnes que non fecisti me de directum quem debet facere per usatichos qui sunt in terras de Marcha. Et vos senior fecisti deferent de totum christianissimo sine culpam que ego non abui quod iudicare, quodque [trans]misisti mihi cum tuas literas feci quod illi [...]² et illa mea [...]³ de medietate sarraceno et alium sarracene [...]⁴ Petrus Raimundi Pertag[...]⁵ acepevi suam partem [...]⁶ illi Petri Ramon feci troba de⁷ ambos sarracenos cum iam Iberi citra II eb[...]⁸ de parte [Hispan]ianie. Valete.

1. Espai de 35 mm, il·legible a causa del deficient estat del pergami. 2. Espai d'aproximadament quatre lletres, il·legible a causa del deficient estat del pergami. 3. Espai de 30 mm, il·legible a causa del deficient estat del pergami. 4. Espai de 60 mm, il·legible a causa del deficient estat del pergami. 5. Espai d'aproximadament tres lletres, il·legible a causa del deficient estat del pergami. 6. Espai d'aproximadament dues lletres, il·legible a causa del deficient estat del pergami. 7. de afegit a la interlínia. 8. cum iam Iberi citra II eb[...] afegit a la interlínia.

1112

[Sense data]

Capbreu. *Relació dels béns del vescomte Ramon Arnau a Sobrarb.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extraintentari, núm. 3111, 150 × 90 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta, especialment les primeres línies.

Ego uxor que fuit, de avere ob lexiis alodes de vicchomite Raimundi Arnallum in Super Ar[v]e, qui [e]rant¹ illo kapo maso qui fuit de Maneco, illo capo maso et illo alode tenet Mir Mir et [...]² Richolf, et alio capo maso³ que te[net ...]⁴ Altemirus isti Zansicius Dominichi et Flo[...] qui⁵ fui de Baron de Villanova, qui fuit le[xivos]⁶ de illos comites et fuit Inolf et Vipiero ab illos et [...]⁷ de illo comite de suos kavallas et de pecunie et de vino et carne, et illi qui sunt de ipsa posterita non preclamam illo comite Raimun nec suos omnes. Et aliut alode et caput maso qui fuit de Odecherus et de Ballirum, qui fuerunt in Ripera Subtirana, ipsa insula qui est de illo grado de Ripera subtus ipso rio qui discurri de Donutus usque ad ipso rio qui es sup ipsa ecclesia de Sanctum Petrum, ipsa insula, cum arboribus et molinaribus, si pertinet que serviant ad illorum aut⁸ ille modo. Amen.

1. a afegida a la interlínia. 2. Espai d'aproximadament dues lletres, il·legible. 3. maso afegit a la interlínia. 4. Espai d'aproximadament tres lletres, il·legible. 5. Espai de 35 mm, il·legible. 6. Espai de 30 mm, il·legible. 7. Espai de 20 mm, il·legible. 8. aut repetit.

1113

[Sense data]

Memòria. *Relació del que correspon al senyor i als castlans del castell de la Guàrdia de Montserrat, per a coneixement dels batlles respectius.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm 3138 (*olim* arm. 3 Lleida, sac D, núm. 219), 180 × 265 mm. Bon estat de conservació.
- B Còpia del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3272 (*olim*, arm. 3 Lleida, sac D, núm. 200), 236 × 200 mm. Bon estat de conservació.
- C [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 355.]
- D [Còpia de 1230 [=1330?], ex C, perduda.]
- E Còpia del principi del segle XIV, ex C. ACA, Memorials, núm. 75, *Vicarium Cathalonie*, I, ff. 77-78.
- F Còpia de 1545, ex D. ACA, Notarials, Igualada, vol. 1022(2), *Capbreu de La Guàrdia i El Bruc*, f. 4v.
- G Còpia de c. 1600, ex C. ACA, Batllia General de Catalunya, vol. 10, *Liber instrumentorum de feudis*, II, f. 161.
- H Còpia de 1670, ex D. ACA, Notarials, Manresa, vol. 34, *Capbreu d'El Bruc*, ff. 9-10.
- a CARRERAS CANDI, *Los castells de Montserrat*, pp. 85-86, ex E.
- b RIBAS, *Història de Montserrat*, pp. 100-102, ex H.

Reg. MIOUËL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 346 (regist del segle XIV).

Únicament presentem les variants de B.

Omnibus hominibus scire volentibus sit manifestum quod ista carta est de castrum de Guardia inter senior magor et castulanos. Et est manifestum quod est de senior magor dominio totum de Bruc cum totis suis terminis, ut intus in istos terminos suprascriptos nomine de Brug castulanos maiores¹ vel minores non abent nullam rem, tolta nec forcia, neque chestia neque acaptes, neque per precos neque albergas, neque trobas nec estacamentos, nec placitos nec iova neque nullum mandamentum nec districtum, sicut est dominicum de seniore maiore, exceptus solam decimas quod tenebat et abebat R[aimundus] Bernardi et A[rnallus]² Bernardi per viscecomite, exceptus ipsa parte quod ecclesiam Sancta Maria abet in decimas. Et terminat de parte orientis in coma de Matosa et in roca de Palomera et intus in grado de valle Arnalli, et terminat sicuti cingle cingle vadit usque ad Molela et pervadit usque ad Castello Tort, et terminat in rocha de Graiera et dividit cum termino de Apierola.³ Et est de senior magor montem de Monte Serrati⁴ ut non abent ibi nullam rem castulanos maiores vel minores. Et quantasque vices quod vicecomite veniat ad kastrum⁵ de Guardia die ac⁶ nocte non demandet potestatem ad seniores

maiores⁷ et minores, set accipiat castrum per sua estatica. Et sunt totas ipsas taschas de senior magor et totas ipsas exorchias et medietatem de placitos et medietatem de trobas. Et abet mansos in dominico, in primis Sancti Simeon et Valriges et Rovires⁸ et Contalles et manso de Elies et manso de A[rnallo] Bernard⁹ et Soler Viscecomital¹⁰ et dominio de Sancti Adon;¹¹ et hoc totum sicut suprascriptum¹² est de senior magor. Et est de castlano¹³ magor manso de Anglada et manso de Cher¹⁴ et de Cher; istos sunt suos dominio,¹⁵ exceptus tascas¹⁶ et decimas. Et est de castulanos¹⁷ totas decimas,¹⁸ exceptus directos de ecclesias, et abent medietatem de lozcet¹⁹ et estacamentos²⁰ et medietatem de placitos et medietatem²¹ de trobas, exceptus de avibus et de odores²² et falconibus atque esparveros, que²³ sunt de senior magor; et hoc sicut suprascriptum²⁴ est sunt directos de castulanos.²⁵ Et in alia onore²⁶ de castrum de²⁷ Guardia non abent chestia neque iova neque partem non abent in kestia²⁸ quod faciat senior magor. Et hoc sicut suprascriptum est viderunt et audierunt atque receperunt per baiuliam²⁹ nomine A[rnallus] Ramon, Gerard et Petro Gomballi, isti fuerunt baiuli de viscecomite, et Bernardi Isarni qui accepit decimas et primicias per ecclesiam Sancti Pauli.

Et hoc fecerunt scribere³⁰ istos suprascriptos et firmaverunt et testes hodie sunt quia sicut suprascriptum est³¹ est vere; et si opus fuerit faciant³² hoc quod testes facere debuerunt.³³

Sig+num A[rnalli] Raimundi, Sig+num Petro Gomballi, Sig+num B[ernardi] Isarni, qui propriis manibus firmaverunt.

1. magores B. 2. *Desenvolupem la sigla A com A[rnallus]; el text B presenta les lletres Ab amb un signe d'abreviació sobre la b. Pensem que es tracta d'un error de l'escrivà de la còpia que uneix a la A la primera lletra, amb l'abreviatura corresponent del segon nom, Bernardi, que escriu a continuació.* 3. B en lloc de roca de Palomera ... termino de Apierola, *dóna les següents afrontacions:* rocha de Ledoner et de parte circii in collo de Penteniol et sic revertitur in coma de Matosa per medium sicut aqua discurit, de meridie in torent Mal et in terminum de Apierola et sicut vadit terminat de Apierola usque in collo de Quaces et in Graiera et in Castel Tort, de occiduo in pug de Podio de Molela et termine cingule, cingule usque ad grad de Palomera et pervadit cingle cingle ad rocha de Miracle intus in grado de valle Arnalli. 4. Serati B. 5. k *corregeix* g; castrum B. 6. hac B. 7. magores B. 8. Ruvires B. 9. Bernad B. 10. vicecomitale B. 11. B *afegeix* et vineas que tenuerunt moreis et in alio loco ipsas maioles et ipsas vineas qui fuerunt de A[rnaldo] Bernad. 12. supra omet B. 13. castellano B. 14. *Segueix* et de Cher *sense cancel·lar*. 15. dominio suos B. 16. taschas B. 17. castullanos B. 18. *Segueix* et in, *ratllat*. 19. locet B. 20. et de estachamentos B. 21. medietatem omet B. 22. oztores B. 23. id B. 24. supra omet B. 25. castellanos B. 26. honore B. 27. de omet B. 28. chestia B. 29. baguliam B. 30. cribere B. 31. B *afegeix* et. 32. faciat B. 33. debuerut B. *Aquest exemplar afegeix et in valle Marganello una pecia de terra que vocant Coma Iulia.*

1114

[Sense data]

Convinença. *Ramon Berenguer III o IV, comte de Barcelona, concorda el pagament amb els caps dels seus ballesters.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extrainventari, núm. 3182, 155 × 98 mm. Bon estat de conservació.

Hec est convenientia quam fecit¹ domnus Raimundus, Barchinonensis comes, cum suis archibalistariis his nominibus: I² Rebellinus, alius Petrus Agaldi, alius Isarnus, alter Reimundus Duranni, alius Guillelmus Maliorgensis, alter Rotgarius. Convenit predictus comes ad predictos³ balistarios, quorum primus Rebellinus, ut donet ei per unumquemque annum L mancusos per suas soldadas et per vestir suum et commendat ei unum mulum.⁴ Item convenit predictus comes Petro Agaldi ut donet ei per unumquemque annum V uncias et comendat ei unam mulam. Item convenit predictus comes Isarno et Reimundo Duranni ut donet eis per unumquemque annum V uncias auri per illorum vestir et per soldadas ad unumquemque de illis⁵ et commendat eis singulos mulos. Et convenit similiter⁶ Guilielmo Malorga ut donet⁷ per unumquemque⁸ annum V uncias auri per suas soldadas et per suum vestir et commendat ei unum palafre. Item predictus⁹ comes¹⁰ Frotgerio convenit per unumquemque annum II uncias auri et comendat ei unum palafre.

1. e *corregeix* a. 2. i *afegit a la interlínia*. 3. os *corregeix* us. 4. *Segueix* n, *ratllada*. 5. ad unumquemque de illis *afegit a la interlínia*. 6. *Segueix* Frotgerio Pietavensis et, *ratllat*. 7. *Segueix* a, *cancel·lada*. 8. *Segueix* de illos, *ratllat*, i annum, *afegit a la interlínia*. 9. us *corregeix* o. 10. comes *afegit a la interlínia*.

1115

[Sense data]

Capbreu. *Relació de rendes de Llívia.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extrainventari, núm. 3207, 157 × 140 mm. Bon estat de conservació malgrat l'esvaniment de la tinta.

Document opistògraf.

Breve de Livia:¹ mas de Bernad Bertran cum suo fratre, per taverna modios vini XXII, pernas III, molto maginco I, hagno I, canada I vino, tragina I, terra una terciale, hoves II.² Carbonel, taverna modios VIII, porcos III, [molto] maginco I, hagno I, vino canada I, traxis, hoves II,³ iova I. Harnal cum suo [fra]tre, similiter

sine terra terciare quem tenet Bernad Bertran. Sinfre cum suo herede, similiter. Ramon Castan cum suo herede, similiter. Mas de Gui Gugia, quem tenet Iofre cum suos heredes, porcos II, magnico I, hagno I, pernes II, canada I de vino, hoves II.⁴ Ramon Tannil, porcos II, perna⁵ I, hagno⁶ I, tragus, hoves II^{as}, blad quarto.⁷ Pere Gonter, hoves⁸ II, perna I, tragus, taverna⁹ sestarios II. Pere Bocher, taverna¹⁰ quartes V, hoves II, tragus. Harnal Hermengau, civada sestarios II. Pere Castan, perna I, hoves II¹¹ pro horto. Ramon Hudalarado, porco I, hagno I, hoves II, tragus. Pere Feran, porcos II, perna I, hagno I, hoves II, tragus, taverna quartes VI. Gili, taverna modio I, hoves II, tragus.¹² Bernad preposito, taverna II, hoves II.¹³ Gifre Guadal, perna I, hoves II, taverna quartes V, tragus. Bertran cum suos heredes, porcos II, perna I, hagno¹⁴ I, hoves II, tragus, taverna; cum suos heredes, modios II. Putaio, perna I, hagno I, hoves II, tragus. Pere Gifre, perna I, hagno I, hoves II, taverna modios II, tragus. Pere Guilem, porcos II, perna I, hagno¹⁵ I, taverna quartes VI,¹⁶ hoves II, tragus. Steva de Pug, hagno¹⁷ I, hoves II, taverna quartes VI, tragus. Bernad Marti, taverna modio I, hoves II, tragus. Mir Guilem,¹⁸ porcos II, perna I,¹⁹ hagno I,²⁰ hoves II, taverna quartes VI, tragus. Bernar Ato, porco I, pernes II, hagno I, gallina I, hove I, tragus, taverna quartes V, per molis²¹ perna I.²² Bernad²³ Moiato, porco I, perna I, hove I, tragus, taverna quartes V. Cardena, perna I; cum suos heredes, hoves II, gallina I, taverna modio I, tragus. Harnal de Cairut, gallines II, taverna quartes II, sestarios I, hoves II, tragus. Pere Vives, hagno I, taverna quartes VI, hoves II, tragus. Gilem Sinfre, hagno I, hoves²⁴ II, perna I, taverna quartes VI, tragus. Pere Duran, porcos II, perna I, hagno I, hoves II, tragus, taverna²⁵ quartes VI [...].²⁶ Pere, porco I, hagno I cum suos heredes. Harnal²⁷ cum suos heredes, hove I, tragus, taverna modios II. Bernad Sinfre,²⁸ porco I, perna I; cum suos heredes, hoves I, tragus, taverna modios II; Pere Poc, porco I, perna I; cum suos heredes, hove I, tragus, taverna modio I. Bernad,²⁹ porco I, hagno I; cum suos heredes, hove I, tragus, taverna modio I. Gilem Ramon, porcos II, perna I, hagno I, hoves II, taverna modios II, tragus. Pelera,³⁰ hoves II [...].³¹

1. Sobre la primera línea, volat a Livia: mas es va escriure Gui Gugia. Es tracta d'un mas que apareix més avall en el text. 2. hoves II afegit a la interlínia. 3. hoves II afegit a la interlínia. 4. hoves II afegit a la interlínia. 5. a afegida a la interlínia. 6. a afegida a la interlínia. 7. o afegida a la interlínia. 8. o afegida a la interlínia. 9. La segona a afegida a la interlínia. 10. La segona a afegida a la interlínia. 11. hoves II afegit a la interlínia. 12. i afegida a la interlínia. 13. Segueix haguda de se, raillat. 14. Sobre h, a expletiva. 15. n afegida a la interlínia. 16. Segueix IIII, raspat. 17. o afegida a la interlínia. 18. lem escrit sota

